



**Hieronymi Cardani Mediolanensis cuiusqúe Bononiensis, Ars
Curandi Parua, qae est absolutiss. medendi methodus, & alia,
nunc primúm aedita, opera, in duos Tomos diuisa, qae uersa
pagina indicabit, omnia autem qualia sint autoris Epistola ueré
paedicat.**

<https://hdl.handle.net/1874/436890>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**


More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

O. oct.
71



292

h

Handlung





No. 169. d. 0.8.71. 1101

TOMVS II.

HIERONY-
MI CARDANI ME₂

DIOLANENSIS CIVIS

que Bononiensis

Medici.

Dialecticā.

Hyperchen.

De Socratis studio.

Antigorgias dialogus seu de re-
cta uiuendi ratione.


De Aqua liber.

De Æthere liber.

De Cyna radice seu de decoctis
magnis.

BASILE^{DU}Æ





1003

HIERONYMI CAR-
DANI MEDIOLANENSIS
cuiusq; Bononiensis, Medici,
Dialectica.



QVONIAM omni-
um eorum quæ sunt
quæq; imaginamur
unum uidemus esse
principiū, uelut De-
um & unitatem, ita
& eorū quæ his quæ
sunt respondent, quæq; scire dicimur, ef-
se conuenit. Hoc autem in Dialectica
est scire an quod dicitur ex his quæ di-
cta sunt sequatur, aut repugnet, aut non.
Eiusdem enim artis est cognoscere quæ
non sunt ex arte cuius est scire quæ sunt.
Quæcunq; autem quæ accipiuntur aut
sunt principia aut cognita ex sensu aut
ex alijs deriuata aut ficta in unaquaque
disciplina: quare horū ueritatem ex pro-
prijs scire necesse est: generaliter autē ex
Dialectica. Veluti quod homo sit ani-
mal quoniam sentit, Philosophiæ pro-
prium

prium est, quod sit illius genus Dialecticæ. Cum uerò natura nostra actu quidē finita sit, potestate autem infinita & sciā conueniet animæ nostræ potestate non autem actu. Oportet autem si infinitum in paucis contineri debet artem potestate esse, non actu: Propterea qui ad singula explicanda deuenire conati sunt præter id quod in immensum opus ipsum auxerunt, dum infinita necessario omiserunt & minimè perfectā tradidere doctrinam, & difficiliorem reddidere. Cū non facile esset percipere cur hæc magis quàm alia amplexi fuerint, & umbram erroris inuexere dum quædam deriuantes, plura prætermittentes quæ prætermiserunt illis non conuenire falso creditum est. Sunt igitur huius muneris primæ partes cognoscere quid ex quibus sequatur, repugnet aut non: & in quæsitis inuentio multiplex mediij. Post exercitatio in falsis suppositionibus: propria quædam particula. Ex his tractatio disciplinarum, & cognitio eorum quæ tractata sunt: inde inuentio necessariorum in partibus subiecti. Post hæc interpretatio

prælatio ab alijs inuentorum. Demum
 amplificatio unde profitendi extempo-
 raneè modus. Hæc autem ex his accipe-
 re conuenit autoribus quos maximè in-
 huiusmodi præfecisse auimaduertimus
 quorum primus est Aristoteles, secun-
 dus Hippocrates, tertius Galenus, quar-
 tus Euclides, quintus Ptolemæus. Ari-
 stotelis quidem formula nõ adeò ad in-
 uentionem utilis, sed generalissima &
 omnibus alijs maximè necessaria. Sunt
 autem inuentionis quinque genera: per-
 fectum & fit syllogismo, inuentio & fit
 ex his quæ à sensu accipiuntur, euident
 quod ratione propositæ orationis dum
 dissecat transmutatue ortum habet: ra-
 tionale quod multis modis fit, contor-
 quendo, reflectendo, diuidendo subie-
 ctæ partes colligendo: & imperfectum,
 cum non absoluitur syllogismus. Verũ
 ad omnia hæc ex orationibus, orationes
 autem ex dictionibus consistunt, de dicti-
 onibus ipsis primo dicemus.

Sunt autem orationis duæ partes pro-
 priè nomen ac uerbum: nõ præpositiones
 atque aduerbia modum non rem signifi-

cant. Est autem duplex oratio perfecta quæ tribus constat partibus, ea de qua dicitur & uerbo & eo quod dicitur: ut homo est animal. Homo est de quo dicitur animal, quod dicitur uerbum est: duplex autem uerbum substantiuum quod unum est, scilicet sum es est & quæ ab eo: & adiectiuum ut doceo quod resoluitur in uerbum substantiuum, ut homo habet albedinem, id est, homo est albus. Imperfecta autem oratio est cum deest quod dicitur ut homo est, & æquiualeat ei homo est ens.

Nomina autem quædam sunt modi dicendi, alia generalia, alia communia, alia dicuntur iuxta significandi rationem. Iuxta significandi rationem. Homonyma, cum res quæ nullo modo inter se cõueniunt, una uoce significantur, ut canis: synonyma cum quæ significantur una ratione significantur ut homo: Paronyma cum quæ significantur non eiusdem sunt rationis sed ordinis, ut salubre de medicamento enim & concoctione dicitur ut causa & ut signo. Sunt autem in his quæ sunt occulta ut ens quod de
 substan-

Substantia principaliter dicitur, sed non ut salubre in quo aperta est ratio ordinis cum in nullo conueniant corpus & urina & balneum. Infinita ut cum negandi aduerbium præponitur dictioni ut non homo, id est, aliquid quod aliud est ab homine. Communia autem sunt sex & omnia Paronyma: Ens, Vnum, Bonum, Verum, Aliquid, Res. Generalissima autem sub his continentur & sunt decem: Substantiua, Quantitas, Qualitas, Relatiua, Locus, Tempus, Accubatio, Actio, Patiendi, & Habendi actus. Modi uero dicendi sex: Genus, Species, Differentia, Proprium, Accidens, & unum seu Quoduis, uel unusquisque seu proprium.

Ex his orationes iuxta tria differentiarum genera, aut modi significandi, aut comparatione ad res significatas, aut rerum significatarum. Modi significandi sunt due species: Vna earum quæ affirmat uel negat, ubi proponitur nota negandi: Alia diuiditur in proprias & inueltas. Propriarum sunt quatuor species. Vniuersalis, omnis homo est animal.

specialis aliquis homo est animal. Simplex homo est animal. Propria ut Socrates est animal. Insuetarum duæ sunt species cum aliquid unū dicitur de alio, ut animal est Socrates: uel cum nota universalis ei quod dicitur adiungitur ut homo est animal, fit enim incongrua oratio.

Comparatione ad res significatas due constituuntur differentia, uera & falsa, simplex & euidentis: uera dicitur quæ significat ut est, falsa quæ secus quam sit. Euidēs cuius ueritas aut falsitas perspecta est. Simplex cum non cognita est aut non omnino certa, uelut, an Phoenix sit.

Rationes rerum significatarum sunt fortuitæ, & necessaria, ut Deus est. Necessarium autem quadrifariam dicitur, simpliciter & est quicquid ad Deum refertur ut Deus est uel Deus est Bonus, & natura, ut cœlum mouetur: necesse enim est utrunq; & cœlum esse & moueri: coniunctione ut triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales, non enim est necesse esse, triangulus sed si sit,
neces.

neceſſe eſt ita eſſe. Vt etiam ſi huius tri-
anguli duo latera ſint æqualia, neceſſe
eſt angulos ſupra baſim æquales eſſe ex
ſuppoſitione. Omne quod præteritum
eſt aut iam præſens tum eſt neceſſarium
ut ego natus ſum. Quomodo cunq; au-
tem neceſſariæ non ſunt, fortuitæ ſunt.

Miſcentur igitur ueræ & falſæ neceſ-
ſarijs, & quæ ueræ ſunt retinuerunt no-
men ſuum uocanturq; neceſſariæ, quæ
uerò falſa eſt & de neceſſarijs eſt, uoca-
tur *ἀδύνατος* ſeu impoſſibilis, ut ſint qua-
tuor genera, Vera, Neceſſaria, Vera, For-
tuita, falſa neceſſaria ſeu impoſſibilis et
falſa tantum: & unaquæq; iſtarum erit,
ſimpliciter talis aut euidens, ſient igitur
oſto modi. Rurſus ſingulæ uel affirmāt
uel negant, erunt igitur ſexdecim. Et ha-
rum quælibet erit uniuerſalis, ſpecialis,
ſimplex aut de quouis ſeu aliquo, erūt
igitur quatuor in ſexdecim ductis, ora-
tionum ſpecies ſexaginta quatuor. Ex-
ceptis incongruis, & differentijs quæ ex
neceſſariorum modis ſumuntur. Harum
partes poſſunt eſſe Synonima, Parony-
ma, & Infinita uocata: Nam Homony-
morum

morum in disciplinis nullus est usus.

Negantium autem orationum quæcunq; negandi aduerbium aut nomen ante id de quo dicitur propositum habent generales efficiuntur, ut nō homo est lapis, seu, nullus homo est lapis: at hic modus solum est consuetus. Sed si ante uerbum præponatur fit oratio simplex aut specialis, ut homo non est grammaticus: aliquis homo non est grammaticus. Si autem ante id quod dicitur fit infinita, ut homo est non grammaticus. Præstat autem quantum licet clara oratione uti postquam tanta ex rebus est difficultas.

Quoties communia de alijs dicuntur sunt orationes ueræ & necessariae conjunctione, ut musca est bonum. Palam uero est quod si hæc necessaria est quod quæ id negat erit impossibilis seu absurda. Cum uerò generalissima dicuntur in eodem genere de interioribus aut differentiæ aut quod propriè inest illis uel omnino quod ipsius causa est sit oratio necessaria & per se. Velut homo est animal. Primus modus: homo est rationalis

s. Secundus modus, Homo ridere ap-
 tus est, aut coruus niger. Tertius mo-
 dus, iugulatus mortuus est. Quartus
 modus, quia enim iugulatus est, mortu-
 us est, & quicumq; iugulatus est mortu-
 us est ob id iugulatum esse mortuū ne-
 cessarium est, et per se est & generale. Ac-
 cidens autem si aliquid nō separari po-
 test per se omnino est, ut proprium: si
 autem, non. quęcunq; tamen huiusmo-
 di orationes habentur ad scientiam hu-
 manam utiles sunt, ut coruus est niger:
 nam rara est scientia humana quę exa-
 cta sit & maximē de rebus ut Philoso-
 phia utraque: & ad disciplinas utilis, ut
 medicinam & architecturam: quarum
 præstantia ex consecutione finis habentur.
 Quę uerò in diuersis generibus di-
 cuntur aut sub eodem sed contrarijs dif-
 ferentijs impossibiles. Vt homo est as-
 nus aut albedo aut sensus. Quę enim
 per uerbum est dicuntur si falsa sint, sunt
 etiā absurda, si uera, necessaria. Atque di-
 cuntur per adiectiua uerba de diuersis
 generalissimis omnia fortuita Græci e-
 uidentius ἐνδεχόμενα uocant, ut homo
 est

est albus, homo sedet id est, homo habet albedinem, homo est sedens, id est, habet eum accubandi modum. At si dicat albedo est sedens aut homo habet substantiam pariter utraq; adiectiuo uerbo conflata absurda est & etiam insueta. At cum inferius de superiore dicitur, ut animal est homo, uera est, media autem inter necessariam & non necessariam quoniam incongrua est. Euidens autem est uel sensu uel ratione ipsa. Simplex cum neutro, & uelut falsum necessarium ἀδύνατον est ita falsum euidenter παραλόγῃ seu incredibile. Verum euidentis siue sit siue non, ad scientiam multum haud refert. In rebus autem ipsis sunt, uerum, necessarium, & fortuitum, mens fingit falsum & absurdum, nihil enim tale est in uniuerso: Euidens & obscurum seu simplex mens rursus facit, sed originem ducit à rebus. Orationum autem duo sunt genera simplex & compositū. Composita est uel per coniunctionem, ut homo est animal & homo est corpus: Per disiunctionem ut homo est animal, uel, aut homo est corpus, per coniunctionem

nem si: ut si est homo est animal. Coniuncta uero dicit utramque partem ueram esse: Disiuncta alteram: quæ conditione constat neutram, sed ut ex priore posterior sequatur. Vt si asinus uolat, habet alas, uera est: & hæc falsa, si homo est animal homo rationalis est. Quædam ueræ quæ falsæ esse creduntur: ut si trigonus habet tres angulos duobus rectis æquales, exterior est, æqualis duobus interioribus sibi oppositis.

Axiomata autem quædam sunt generalia, quædam propria. Generalia sunt de quolibet dici esse uel non esse, de nullo hæc ambo dici: si aliquid alicui idem sit, id cui idem est, eidem quod idem ei fuit, idem erit: ut si a sit b erit b, idem a. Propria, uelut totum esse maius parte in quantitatibus, numerum in infinitum procedere. quæ originem habent in naturalibus ab aliqua causa uel causis ortum habere. Sunt & in hoc genere quasi diffinitiones constructionis natura, ut in Parabole.

Verum igitur ex uero considerari haud dubium est: cur autem non ex uero falsum, ex fal-

ex falso uerum nonnunquam sequi necesse sit, nūc ostēdere oportet. Si falsum ex uero considerari posset, cum uerum sit, & falsum esse necesse esset. At diximus falsum non esse, quoniam est solius mentis opus. Et si esset non esset falsum sed uerum. At ex falso sequitur falsum uelut, si homo est asinus ratione caret. At ex hac ut uisum est sequitur disiuncta homo ratione caret uel non caret: at ex his sequitur cōmune scilicet animal, gratia exempli: si enim aliquid est rationale animal uel nō rationale animal, est necessario animal: quia animal comprehendit utrunq;: at si est animal hoc uerū est: quia sequitur ex hac homo est rationale, quæ uera est: igitur ex primo, homo est asinus, potest sequi homo est animal: quod uerum est.

Quæ autem considerantur uno è tribus modis considerari necesse est. Aut enim ex coniunctis, ut natura orationū, inuentione, collocatione, cunuersione: Aut ex alienis Syllogismo liquidem: aut ex contrarijs: suis scilicet, aut illis quæ sequuntur.

Collo-


Collocantur igitur in figura orationes quadrifariam. Speciales sub generibus suis ordinatæ alijs uerò repugnantes. Generales inter se aduersæ. Speciales inter se aduersis contrariæ.

Aduersæ

Omnia est b.

Nullū a est b.

Ordinata.



Ordinata.

Aliquod a est b.

Aliqd a nō est b.

Aduersis contrariæ.

Sequelæ igitur euidentis tria sunt genera primum ex collocatione : nam in repugnātibz si una uera est, alia est falsa: si una falsa, alia uera est. In ordinatis si uniuersalis uera est, specialis est uera : & si specia-

si specialis est falsa generalis falsa est: nō
tamen si generalis falsa est specialem fal-
sam esse necesse est: nec si specialis uera
est generalis uera erit necessario. In ad-
uersis autem si una uera est reliqua est
falsa: non tamē si una falsa est, reliquam
ueram esse necesse est. In contrarijs au-
tem aduersis contrario modo etiam se
habent, nam si una est falsa reliquam ue-
ram esse necesse est: non tamē si una est
uera, reliqua necessario est falsa. Secun-
dum genus ex conuersione pendet ut
quę specialis est conuertatur in specia-
lem, & simplex in simplicē. Sit aliquod
a idem cum b, erit aliquod b idē quod a
nam si aliquod a est b, sit igitur hoc a hu-
ic b idem quare ex tertio axioma-
te generali erit hoc b idem huic a, igitur ali-
quod b idem alicui a. Et si nullum a sit b
nullum b erit a, aliter ex repugnantibus
sit aliquod b idem quod a, igitur per pre-
cedentem erit aliquod a idem quod b,
igitur ex repugnantibus falsa fuit, nullū
a est b. Quod si omne a est b, erit ali-
quod b idem quod a nam ex ordinatis
si omne a est b aliquod a est b, igitur ex
deri-

deriuato primo modo aliquid b erita.
 Et in naturalibus ac Mathematicis in
 tertio modo dicendi per se ualet specia
 li ad generalem in qua dicit de superla
 tiuo. Vt pituita acida est frigidissima igi
 tur omnis pituita frigidissima est acida.
 Et hoc quia ex oratione per se tertij mo
 di sequitur superlatiua. Cumq; superlati
 ua sit de proprio & indiuiduo & maxi
 me in naturalibus, & Mathematicis, hec
 autē ex simili in similem patet propo
 situm. Tertium genus est ex natura ora
 tionum que uel æquiualent uel à toto
 ad partem uel à parte ad totum uel ex
 ipsa propria qualitate. Aequiualent sub
 iuncta & generalis: Si homo est animal
 est igitur omnis homo est animal. Et si
 omnis homo est animal si homo est, ani
 mal est. Hoc quidem cum sunt non in
 causis intelligitur: ut si astra sunt, cœlū
 est, ergo astra sunt cœlum, uerum non
 est. Et specialis æquiualeat simplici et sim
 plex speciali. Et que de aliquo est specia
 li, Socrates est sapiens ergo aliquis ho
 mo est sapiens. Et generalis que tam in
 his de quibus dicitur quā in uerbo sunt

oppositę. Vt omnis homo sentit, nullas
 homo non sentit. & in his que dicuntur
 nullus homo est non animal, omnis ho-
 mo est animal. Ex propria qualitate sub
 iuncta si uerum sit quod supponitur ue-
 rum est quod sequitur: si homo est ani-
 mal est: sed homo est ergo animal est.
 Ex parte ad totum in disiuncta: a toto
 ad partem in coniuncta. Item a perfecta
 ad imperfectam, homo est animal, igi-
 tur homo est. Et a simplici & speciali uel
 de proprio seu aliquo nominatim ad ge-
 neralem in necessarijs ualet argumen-
 tum. Vt hec stella lucet, igitur omnis stel-
 la. sed talium rarus usus in scientijs. In-
 uentionis autem quatuor sunt genera,
 ad uniuersale, ad proprium, ad causam,
 & ad effectum. Ad uniuersale quidem
 ex singulis sub illo contentis. Veru singu-
 la assumere non licet, infinita enim
 sunt: adiecta ergo generali ratione tran-
 sit in generalem. Hoc aut lumine quo-
 dam naturali & axiomate certo constat,
 uelut hoc trigonum habet tres angulos
 duobus rectis equales quia angulus ex-
 terior duobus oppositis interioribus est
 equalis:

equalis: igitur cum ratio ipsa generalis
 sit in omnibus, omne trigonum tres an-
 gulos habebit duobus rectis æquales.
 Vnde natura nostra infinita dignosci-
 tur quæ ex uno infinita potestate com-
 præhendit. Alius facilior modus deside-
 randi: sumpta speciali quæ repugnat ge-
 nerali et ea falsa demōstrata sequitur gene-
 ralem propositam esse ueram. Velut di-
 co omne triangulum esse huiusmodi: si
 nō, repugnās, ergo erit uera aliquod tri-
 angulum non est huiusmodi. Sit igitur
 illud a, confestim adduco demōstratio-
 nem quæ ostendit hoc esse huiusmodi,
 falsa igitur fuit repugnans tua & uera
 quæ proposita est. Et ita uides quomo-
 do artificiosè ex hac speciali hoc trian-
 gulum habet tres angulos æquales duo-
 bus rectis, transeo ad id de omni trian-
 gulo. In his autem quæ sensu percipiun-
 tur uelut quod homo sit rationalis tri-
 fariam consistit uis uniuersalis, & quo-
 niam nullus alius inuenitur: sed id non
 adeo firmum, & obseruationibus alio-
 rum ac testimonijs ueterū indiget. Vn-
 de bene dixit Aristoteles quod ex mul-

tis experimentis experientia fit, & ex
experientijs pluribus ars. Sed & ratio
qua homo talis est: animam enim habe
re diuinam & mentem uel ex uno ho
mine dignoscitur. Ex his tribus conclu
dimus omnē hominem esse rationabi
lem. At non uelut in Mathematicis cau
sa perspecta est, ideò naturales omnes
orationes dubitationis aliquid conti
nent, nec securam generant scientiam,
sed qualis apud mortales haberi potest.
Habetur autem ut in pluribus, atq; diu
turnitate temporis confirmatur, quod
in Mathematicis non contingit. In me
dijs autem uelut Astrologia aliquo mo
do: sicut quoniā huiusmodi est proces
sus, mensura autem non, ob id tempo
rum successu errores corriguntur. Linea
enim equalis motus Solis media est in
ter lineam equalis motus Lunę & eius
apogei, atq; id exquisitē, ipse autem mo
tus horum haud exquisitus. Verum &
horum & naturalium genij scientiā ha
bent: an uerò demones, alibi dicetur. Id
fatis nunc animam nostram ut ad hanc
artem comparatur immortalem uideri,
quo

quoniam infinita & ad Mathematica etiam sed minus: minimè autē ad ea que natura constant: materia enim materie comprehensionem impedit.

Ad proprium autem ex uniuersali cū uniuersales omnes differentias cōstituerimus easq; nec plures sub illo comprehendere desiderauerimus unaque ratione tunc licebit trifariam cōsiderare, uel de singulis uel de uno, cum reliqua membra exceperimus, uel de ipso uniuersali. Velut in uigesima quarta primi elementorum Euclidis, seu linea que subducitur æquicruris cum æquali angulo superiore cadat supra basim prioris trianguli, seu infra seu in eandem, idem sequitur. At de uno, ut cum membrum principale consideramus esse cor, quoniam reliqua non sunt, non enim confestim his sublati moritur animal. Videtur autem utilissimus in his quæ non ad eò firma consideratione constant. De ipso autem uniuersali ex his que sub eo continentur, uelut in xxxv. Tertij elementorum, dum per singulas species diuisionis duarum linearū intra circulum

se intersecantiū generalis oratio demōstratur. Generaliter autem specialis & simplex oratio parum utiles sunt ad demōstrationes: seu uniuersalem propositum sit demonstrare, seu propter am siue de aliquo nominatim.

Ab effectu supra causam, uelut Eclipsis est, igitur terra interponitur inter solem & Lunam. Huiusmodi autem est frequens in naturalibus. Vnde illud, ob admirationem cœperunt philosophari.

A causa supra effectum, inuenta causa Eclipsis, quæ est interpositio terre inter Solem & Lunā, dum cognoscimus terram interponi, cognoscimus etiam Lunam Eclipsim pati. Perfectus autem demōstrandi modus ex duabus orationibus constat quæ tres continent dictiones quas terminos uocamus. Cum uerò maior fides non possit esse in conclusione quàm in duabus assumptis orationibus si altera assumptarum falsa fuerit, ueram esse conclusionem non est necessarium. Si altera probabilis fiet conclusio probabilis syllogismus *κατάλογος* uocatur, si utraque necessaria *ἀποδείξις*, seu demon

demonstratio de qua præcipuè est consideratio. Est autem ex primis ac notioribus ac definitione quæ optima est definitio aut ex genere & ex equali differentia. Si materia orationum negligatur erit solum συλλογισμός, sic enim uocatur constructio illa trium orationum ordinata. Quod si non ex assumptis conclusio dicitur Elencticus, Hypoteticus: ut si tu es homo tu es animal, sed tu es homo igitur tu es animal. qui ut dixi pars est primi modi ex euidentibus. Cornutus autem seu Chrysippeus est cum ex utraq; repugnantium idem deducitur, ut in septima primi Elementorum Euclidis, seu enim se fecent lineæ seu non fecent, ex utroque sequitur partem esse maiorem toto. Verum & hic demonstratiuus esse potest, ut Hypotheticus, & qui ad absurdum deducit. Erunt ergo genera syllogismorum octo & quatuor differentia. Prima à substantia bonus & corruptus elencticus. Bonus autem diuiditur ex assumptis in simplicem Hypotheticum & cornutum. Ex forma directus & reflexus qui ad absurdum

dum primo tēdit à materia uel nulla & tū uocatur syllogifimus, uel probabilis uel necessaria uel falsa, cuius usus est ad exercitationem falsarū suppositionum. De bono igitur & simplici primo agendum est. Ratio ergo quę ex duabus conflatur orationibus eo fit quoniam in prima terminus unus qui & maior, iungitur medio: In secunda autem idem medium alteri termino qui & dicitur minor iungitur, quo fit ut eo medio quasi uinculo iuncti termini in conclusione maior terminus de minore dicatur. At uerò ut hoc rectè cedat quatuor sunt necessaria, Primū ut altera orationum assumptarum saltem generalis sit: Secundum ut earundem etiam altera affirmet, tametsi non sit necesse ut eadem quę generalis sit affirmet: Tertium ut uerbo substantiuo consent: Quartum ut quod dicitur & de quo dicitur, ambo in recto sint nominandi casu. Palam autem est quod tametsi hæc sufficiant ad concludendum, quia tamen uerum non nisi ex uero necessario & generaliter deducitur, quod oportet ambas orationes quę

prz-

præmittuntur ueras esse, si uerã esse conclusionem cõsiderare uoluerimus. Sed hic non de materia agitur, sed de forma tantum. Quintum ergo commune est quod conclusio semper imbecillio-rem orationem ex præmissis sequitur: est autẽ specialis imbecillior generali & quæ negat ea quæ affirmat. Quocirca si inter præcedentes duas orationes una fuerit negans & una specialis erit conclusio ipsa specialis negans: Sextum quod maior fides non potest esse in conclusione quam in præmissis. Oportet igitur si cõclusio uerisimilis debeat esse ut utraque præmissarum uerisimilis sit aut uerissimi- li melior, id est, uera: & si conclusio uera esse debeat ut orationes ambæ quæ præmittunt ueræ sint aut ueris meliores, id est, euidentes & necessariæ. Et si debeat esse euidens ut sint ambę orationes quę præmittuntur euidentes uel meliores, id est, necessariæ. Et si necessaria ambæ necessariæ. Atq; id assumptarum solum ratione, nam alijs ex causis nil prohibet conclusionem esse euidentio-rem assumptis. Oportet autem terminos non so-
bbb s lum

lum non esse Homonymos sed necq; Pa-
ronymos. Et orationes non esse dis-
iunctas.

Figuræ igitur quatuor fiunt necessa-
rio (quoniam in omnibus commune est
ut maior terminus de minore dicatur in
conclusionē) in prima maior terminus
de medio & medius de minore in præ-
missis: in secunda autē minor terminus
de medio & medius de maiore. Vnde
Aristoteles cum constituat maiorē ter-
minū qui de medio dicitur coactus so-
lum tres figuras ponere, secundam omi-
tendo illiusq; modos ad primam figurā
transfert sed conuersos, quoniam a præ-
missis maiorem terminum definit. Gale-
nus autem maiorem terminum genera-
li magis ratione accipit & stabili qui in
conclusionē dicitur minorem de quo di-
citur (ut hoc discrimē inter illos solo no-
mine constet) manifestum est constitu-
tis ex conclusionē maiore semper termi-
no qui dicitur & minore de quo dicitur
statim subilire quatuor figuras: Primā
in qua medium subicitur maiori termi-
no & dicitur de minore: Secundam in
qua

qua medius terminus subijcitur minori & dicitur de maiore: Tertiam in qua medius terminus de maiore & minore dicitur: Quartam in qua medius terminus maiori & minori subijcitur. Maior oratio dicitur in qua maior terminus: minor oratio in qua minor terminus medio copulantur quomodouis. Ex quo patet quod nihil refert que nam anteponatur ex premissis: non enim maior est oratio quæ anteponitur, sed in qua quod in cōclusionē dicitur medio termino copulatur. Et scias quod medius terminus nunquam potest, remoueri ab utroque extremo: ideò qui est remotus ab utroque extremo in syllogismo ex ueris nō potest esse medius.

Primæ igitur figuræ propria sunt maiorem ut dixi terminum dici de medio, medium de minore. Maiorē orationem nō posse esse specialem. Tertium minorem non posse esse negātem. Quartum generalem affirmatiuam posse in ea cōcludi. Primæ & secundæ figuræ commune est nec maiorem nec minorem posse esse specialem negan. em. Primæ & tertie

tię posse concludi generalem negātem. Secundę autem, ut dixi, in p̄missis minore terminum de medio, medium dici de maiore. Secundum quod in ea cōcluduntur tria genera orationum quod nulli alię contingit quia in prima omne genus, in tertia duo genera negantium, in quarta duo genera specialium: ergo secunda est quasi composita ex tertia & quarta. Tertię figurę proprium est medium terminum dici tam de maiore quā de minore, conclusionē semper esse negantem: tertium maiorem semper esse generalem. Quartę medium terminum subijci maiori & minori, non concludi nisi specialē, minorem semper affirmare.

Quod si quis dicat, quoniam maior & minor terminus non dignoscuntur ex eo quod dicuntur neq; ante conclusionem quomodo ex p̄missis cognoscam conclusionem & figuram? Respondeo quod in quarta figura cognoscam quia quę affirmat erit minor, si ergo alia neget cū semper maior terminus dicatur de minore terminus in ea quā affirmat q̄ de medio dicitur is erit de quo
dicetur

dicetur in conclusione is qui de medio
in negante. Sed si secunda affirmet lice-
bit quam uelis constituere pro maiore
& ita poterunt concludi duæ orationes
speciales quæ affirmabunt. In tertia figu-
ra generalis semper est maior si ergo al-
ia sit specialis de eo de quo dicitur me-
dius terminus in secunda oratione, dice-
tur terminus in prima qui subiicitur. Si
autem secunda oratio sit & ipsa genera-
lis, dicentur utrouis modo termini qui
subiiciuntur & poterunt concludi duæ
orationes generales quæ negabunt. In
secunda autem et prima figura quia con-
uertuntur si ambæ orationes affirmant
generaliter, si uelis concludere quod di-
citur de eo de quo dicitur, poteris ge-
neraliter concludere & fiet prima figu-
ra: si de quo dicitur de eo quod dicitur:
fiet conclusio specialis & in secunda fi-
gura. Si una fuerit generalis negas, alia
generalia quæ affirmet, tunc in negante
si medius terminus subiicitur poterit fie-
ri syllogismus in prima figura per con-
clusionem generalem negantem in qua
terminus qui dicitur de medio in negan-
te, dicetur

te, dicitur de minore in ea quę affirmat
 uel in secunda figura contrario modo.
 Sed si in negante medius terminus dica
 tur de reliquo non fiet syllogismus nisi
 in secunda figura & concludetur specia
 lis negans Idem dico si secunda, oratio
 quę affirmat esset specialis, concluditur
 solum in secunda figura quia in prima
 non potest minor esse negans nec ma
 ior specialis. Ideo syllogismus quem uo
 cāt Frisefomorum dupliciter repugnat
 primę figurę & ratione maioris specia
 lis, & minoris negantis. Quod si ambę
 orationes affirmant & una sit generalis
 & alia specialis simili modo si in genera
 li medius terminus subiiciatur, poterit
 fieri syllogismus tam in primā quam in
 secunda figura, sed conclusiones erunt
 conuersę. Sunt ergo in prima figura
 quatuor modi, quinque in secunda, qua
 tur rursus in tertia, sex in quarta. Et com
 prehendentur his quatuor carminibus:

1. Barbara Celarent Darij Ferio 2. Baralipton
 Celantes Dabitis Fapesmo Frisefomorum
3. Cesare Camestres Festiuo Baroxo 4. Dara ti
 Felapton Disamis Datisi Broxardo Ferison.

In his quatuor carminibus sunt tres ordines literarum primus est, A. E. I. O. Secundus, B. C. D. F. Tertius est, S. P. M. X. Primi ordinis A Generalem quæ affirmat: E Generalem quæ negat: I Specialem quæ affirmat: O Specialem quæ negat. Sunt ergo tres uocales in unaquaque dictione, præterquam in Frisomorum ubi orum abundat, & ton in Baralipton: in cæteris primæ duæ secundum ordinem uocales ostendunt duas præmissas: tertia conclusionem secundæ ordinis significant quod debet reduci ad modum primæ figuræ eiusdem literæ ut Fapesmo ad Ferio & Baroxo & Broxardo ad Barbara. Nam licet omnes syllogysmi concludant, non tamen sunt evidentes nisi qui sunt primæ figuræ. Et ideo oportet reducere alios quindecim ad illos deductione necessaria. Sequitur ergo quod si deducuntur necessario, & hi ad quos deducuntur concludunt, quod etiam illi qui sunt deducti. Tertius uerò ordo declarat modum deducendi. In his ergo S Significat conuersionem simplicem, id est, generalis negantis

gantis in generalem negantem & specialis quæ affirmat in sui consimilem. P ostendit conuersionem generalis in contrariam specialem: ut deriuatum est supra in ordinatis. Et similiter generalis negans, simpliciter conuertitur & ex generali negante sequitur specialis, igitur generalis negans conuertitur in specialem quæ negat. M significat transponendas orationes loco ut ex conclusione fiat maior aut ex maiore minor oratio. X autem declarat quod debemus accipere repugnantem conclusioni & cum reliqua oratione, concludemus repugnantem suppositæ alteri orationi.

Exemplum in Baralipton si assumantur eadem orationes, concluditur in Barbara quod omnis homo est corpus: sed ex hac omnis homo est corpus sequitur, ut dictum est, aliquis homo est corpus: & ex hac rursus aliquod corpus est homo: igitur Baralipton ex Barbara consideratur per P.

Baralipton Barbara.

Omne animal est corpus

Omnis homo est animal

Ergo aliquod corpus est homo


Omne animal est corpus

Omnis homo est animal

Ergo omnis homo est corpus

In Fapesmo post maiorem est P. igitur accipiemus loco omne animal est corpus aliquod corpus est animal, conuertitur & loco huius nulla planta est animal, propter S. accipiemus conuersam simpliciter, nullum animal est planta & propter M. faciemus ex minore maiorem & confestim sequitur in Ferio eadem conclusio, scilicet aliquod corpus non est planta. Ergo ex assumptis in Fapesmo sequuntur orationes ex quibus in Ferio sequitur intenta conclusio.

Aliquod corpus non est planta.



Aliquod corpus est animal, Nullū animal
est planta omne animal est corpus. Nul
lus

ccc

la planta est animal ut facilius esset intellectus huius reductionis, & exposita res pateret ante oculos iconem huiusmodi exposui. Ex præmissis enim præmissæ sequuntur ex illis conclusio.

In Baroco ob x. accipimus repugnantem conclusioni scilicet omne corpus est homo. & sequitur cum maiore repugnans minori orationi. Si igitur conclusio uera non fuit oportuit repugnantem esse ueram quæ cum maiore conclusit repugnantem minori: minor igitur falsa fuit & non uera ut dictum erat. Similiter & in Broxardo accipiemus repugnantem conclusioni & cum minore in Barbara ostendemus repugnantem maiori. igitur assumpta non fuit uera.

Baroco Barbara.

Omnis homo est animal

Aliquod corpus non est animal

Ergo aliquod corpus non est homo.

Omnis homo est animal

Omne corpus est homo

Ergo omne corpus est animal.

Broxardo Barbara.

Aliquod animal non est asinus

Omne animal est corpus

Ergo aliquod corpus non est asinus

Omne animal est corpus

Omne corpus est asinus

Ergo omne animal est asinus.

Pro his deductionibus leguntur hęc duo carminā:

Simpliciter uerti uult S, P, uero per acci:

M, uult transponi, X per impossibile duci.

Harum figurarum prima nobilissima est, maxime enim facit scire, ut inquit Aristoteles, & in ea præcipuè primus modus.

Contingunt tamen captiones pluribus modis si quis non sit oculatus. In Hypotheticis quidem omnishomo uel asinus est asinus, Socrates est homo uel asinus igitur Socrates est asinus. Vtraque assumptarum uera est: quoniam utraque disiuncta cuius una pars est uera. Sed sunt disiunctæ, nec constituunt syllogismum. Rursus ex simplicibus orationibus in celarent: Nulla glacies est calidior lapide, omnis ignis est calidior glacie, igitur nullus ignis est calidior lapide. Deest quarta conditio: & in eodem

nullus rudēs differt ab asino, omnis homo differt à rudēte, igitur nullus homo differt ab asino. Deest tertia conditio. In finitus autem terminus non uitiat syllogismum. Omnis homo est animal, non asinus est homo, igitur non asinus est animal. Sed locum obtinet eius orationis quæ affirmat: & similiter cum oratio una sensum habet simplicem alia iuxta esse. Ut omne imortale uiuens quod est hic intelligitur, nullus intellectus est imortale uiuēs quod est hic: Igitur in Fapesimo aliquid quod intelligit nō est intellectus. uera enim est si sub duobus sensibus, accipiatur: id est. Aliquid quod potest intelligere non est intellectus quia non est. Tertius demonstrandi modus cum deducimus eum qui nobis contradicit ad absurdum. Contingit autē hoc quadrupliciter: uel ad contraria principis, uel demonstrantis iam, uel suppositis, aut his quæ ex eis sequuntur. At absurdum uel falsum simpliciter demonstrari nō posse superius docuimus, cum falsum etiam ex ueris sequi necessario possit. idēq; etiam in primo modo primæ figuræ.

figuræ. Verum tripliciter hoc contingit uel quia uerum demonstratur ei autem repugnans falsum est, demonstramus igitur falsum falsum esse. Sed hoc proposito non conducit: qui uolumus per id falsum quod falsum esse constat ueram docere esse repugnantem. Secundus modus ut si maior ex toto falsa sit minor autem uera, semper in duobus primis modis falsa conclusio sequetur. Nam si falsa sit omnino a est b , uera erit nullum a est b ei aduersa: si igitur subiicitur uera omne c est a erit uera omne c non est b : falsa igitur omne c est b igitur falsum concluditur. Et si falsa est omnino nullum a est b uera erit aduersa omne a est b , si igitur subiiciatur ei, omne c est a sequetur nullum c est b uera, falsa igitur erit nullum c est b : quæ sequebatur ex maiore falsa & minore uera. Sed si maior non sit ex toto falsa in neutro sequetur: ut si dicamus omne animal est asinus uel nullum animal est asinus, supposita minore uera non sequetur necessario conclusio falsa. Ut nec si maior sit uera & minor falsa quamuis ex toto nihil seque-

tur necessario nec esse uerū nec falsum. Sed cum oratio in qua generale dicitur de aliquo æquiualeat uniuersali, ut Socrates est homo uel hic est homo, æquiualent eis, omnis Socrates est homo, & omnis hic est homo : igitur proposita maiore ex toto falsa, & minore uera, & ambabus uniuersalibus, uel de aliquo, seu de hoc uno, seu altera uno modo, reliqua alio modo: ex his sequitur conclusio falsa. Exemplum autem cum maior no est ex tota falsa sed in parte, est: uelut nullum intelligens est immortale, anima omnis humana est intelligens, igitur nulla anima humana est immortalis : hæc igitur falsa est, quoniam maior est de toto & falsa. Sed eandem patitur difficultatem: cum non sit maior de toto. Tertius modus est cum maior est uera, atque ita ut uel conuertatur generaliter in Barbara, uel Darij, ubi utraq; est generalis quæ affirmat: uel in quibuscunque uariatur, de quo dicitur uariatur, & quod dicitur, tunc minor si sit falsa, in eo genere in quo accidit, illa uarietas, conclusio erit falsa necessario. Velut sit de quo dicitur

citur in maiore a b c: & repugnātes par-
 tibus d, e, f: & dicatur de a, b, c, g, h, sin-
 gillatim, quibus repugnēt K, l, & ex qui-
 busuis duobus a, b, c, cum repugnante
 tertio sequantur k, l, & assumatur ut mi-
 nor terminus, de quo a, b, c, falso dicatur
 secundum unum illorum tantum: dico
 quod conclusio erit falsa. Dicatur ergo
 a, b, c, de m falso, quia c non dicitur de
 m. igitur dicitur a, b, f, de m: sed de a, b, f,
 omni, dicuntur, k, l, igitur k luere dicun-
 tur de m: at g h, repugnant k l, igitur per
 secundum axioma g h, falso dicuntur de
 m sed g h dicuntur de. m. supposito qd
 a, b, c, dicantur de. m. igitur supposita mi-
 nore falsa, erit conclusio falsa. Atque hic
 est modus quo Geometræ utuntur de-
 monstratione ad absurdum. Velut in
 quarta primi Elementorum trigoni, qui
 habent unum angulum uni angulo æ-
 qualem, & duo latera æquales angulos
 continentia æqualia, habent singulos
 angulos supra basim, & bases & ipsi ad-
 inuicem æquales. Et si uel angulus inter
 duo latera æqualia, uel latus unum con-
 tinens angulum æqualem, cum latera æ-
 quali

quali fuerit inæquale, erunt trianguli bases, & anguli supra illas inæquales: igitur proposito triangulo habente duo e tribus æqualia, & tertium inæquale, si illud supponatur æquale sequetur triangula bases, & angulos supra eas inter se æqualia falso esse. Sed si plura assumantur inæqualia, non sequitur falsum, quia reliqua non est necesse esse inæqualia. Ex duabus autem falsis non est necessarium sequi nec uerum nec falsum: ut huius: nullum animal est planta, si subijciatur omnis quercus, est animal, & omnis lapis est animal, sequetur uerum & falsum.

Si igitur uolumus falsum ostendere, necesse est unam tantum ueram alteram falsam assumere. nã ex ueris falsum non potest deduci: ex duabus falsis falsum necessario, ut nuper ostendi, deduci nō potest, & tunc si maiorem constituerimus falsam, oportebit ut syllogismus sit in Barbara uel celarent, & sit illa in toto falsa, scilicet ut aduersa sit uera. Si uerò maiorem ueram constituerimus, oportebit ut sit in Barbara uel Darij, quia in celarent

celarent accepta aduersa, uel repugnante minori quæ falsa supponitur, fierent ambæ præmissæ negantes, ideò nihil cõcluderet syllogismus: & ita quod minor ea in parte falsa sit in qua necesse esset ut maior esset huiusmodi, si uera esse deberet. Vt si dicam, omnis homo est animal aliqua planta est homo: nam hæc est falsa in eo quod planta est insensibilis, homo autem est animal, si sensibile auferatur ab homine, falsa est.

Causa autem cur euidentior sit falsitas in conclusione quam in præmissis, & repugnãtia, manifesta est, quod cum conclusio non possit præmissis esse euidentior ut dictum est, necesse est ut si cõuertantur iuxta data præcepta ut ex hoc axiome quod nunc proponetur, detegatur absurditas.

Est autem axioma, si plura de pluribus, singula de singulis dicantur, & totum quod ea continet de toto, atque uersa uice: aut idem sit dicentur & illa conuerso modo. Velut rationale de homine omni dicitur, & irrationale de non homine omni, & ambo sub animal continentur,

rationale & irrationale, & homo & non
 homo, animal igitur homo dicetur de
 omni rationali, & non homo de omni
 irrationali. Et similiter apud Euclidem
 in primo Elementorum: si quod trian-
 gulum habet latera æqualia habet & an-
 gulos, & si maius latus, angulus oppo-
 situs maior erit, & si minus minor. Et o-
 mnis trianguli laterum unum est æqua-
 le alteri maius aut minus, & angulus si-
 militer æqualis maior aut minor, igitur
 omnis trianguli æqualia latera opponū-
 tur æqualibus angulis: & maius latus
 maiori angulo, et minus minori. Et quā-
 quam fit cum negatione: uelut in sexta
 primi Elementorum Euclidis. Ducitur
 enim linea à puncto lateris resecti ad an-
 gulum oppositum lateri, fietq; angulus
 ille pars prioris, igitur minor eo quare
 & reliquo supra basim qui fuit toti æ-
 qualis ex quarta autem propositione p-
 batur quod oportet eos esse æquales, igitur
 detegitur repugnantia ex priore
 negociatione. Hoc ergo non est mirum
 aliunde sumpto principio detegi absur-
 ditatem. Reliquum est ut ostendamus
 quare

quare facilius demonstremus absurditatem oppositi axiomatis propositi quam illius necessitatem.

Est autem aliud axioma per se clarum, quæcunq; sunt eodem etiam dicuntur, uerè unum de altero, de omni si in omni & de parte, si in parte. Et quæcunq; dicuntur uerè eodem modo etiam sunt aliter non uerè dicerentur. Si igitur rationale dicitur de omni homine & irrationale de omni animali non homine, & ponatur quod homo non dicatur de omni rationali, & sit illud de quo non dicitur chimera ergo chimera non est homo, cum ergo sit animal erit non homo: non homo igitur aliquod est chimera, ergo non homo aliquod est rationale, quia chimera erat rationale: igitur non homo aliquod non est irrationale, ex secundo principio, igitur irrationale non dicitur de omni eo animali quod est non homo, quod est contrasuppositum, iam uides rationem repugnantiam, sed nondum liquet cur facilius hoc sic desideratur quam rectè, liquebit ergo si demonstrauerimus rectè sic, omnis homo est rationalis

tionalis, & omne non homo est, irrationalis: igitur ex secundo principio, nullus homo est irrationalis, & nullum non homo est rationale: igitur conuertendo nullum irrationale est homo, & nullum rationale est non homo. Si igitur nullum rationale est non homo ex primo principio, omne rationale est homo, quia ut dictum est, continentur pariter omnia sub animali: & pariter, si nullum irrationale est homo, omne irrationale est non homo, ex eodem primo principio. Ergo quæ demonstrari possunt, deducendo ad absurdum sine negociatione quibusdam suppositis axiomatibus etiam simpliciter demonstrari possunt, sed longiore circuitu. Sit ergo demonstratum in triangulo abc quod si latus ab sit æquale lateri ac quod angulus c est æqualis angulo b & si maius maior, & si minus minor, dico quod si angulus c erit æqualis angulo b quod latus ab erit æquale lateri ac etsi maius maior & si minor minus. Proponam æquale & inæquale primo quia ergo. Si ab est æquale ac , c est æqualis b , igitur si ab est æquale ac , c non est in-

est inæqualis b, & ideo cum b est inæqua-
lis c, a b non est æquale a c, igitur sunt in-
æqualia. Inde proposi-



to b maiore c dicemus
si a c est maius a b, b est
maior c, ergo neq; æ-
qualis neq; minor. Cū
igitur b non est æqua-
lis neque minor c non
est a c minor nec æqua-
le a b igitur erit maius.
Si igitur b est maius c;
a c est maius a b, quod
erat demonstrandum.

Sed si negociatio sit ne-
cessaria & sint b & c æquales ut in sex-
ta primi elementorum Euclidis non li-
cebit abesse inæquale a c nam ex quo-
cūq; puncto ducatur b d fiet angulus d
b c minor a b c quare a c b cum ergo si
duo anguli b & c sint æquales & b c cō-
munis si b a posset esse æquale c d an-
guli d c b & d b c essent æquales, at non
possunt esse æquales, igitur a c non po-
test esse maius nec minus a b, igitur est il-
li æqualis. Hoc autem constat ex negan-
te

te consequens ad negantem antecedens,
quod paulò post demonstrabimus de-
ducere ad syllogismum perfectum.

Sed si uellemus deducere syllogismum
ad impossibile ad syllogismum simplicem
seu rectum, accipiemus oppositum
conclusionis & præmissam ueram, &
formabimus syllogismum, ex quo se-
quetur opposita præmissæ falsæ. Iam ue-
rò diximus quomodo demonstratur Bar-
bara & Celarent cum maiore falsa & mi-
nore uera sed Barbara & Darij cum ma-
iore uera et minore falsa, igitur in primis
modis accipiemus minorẽ. Veluti om-
ne b est c, omne a est b, igitur omne a est
c. Sumemus aliquod a non est c omne a
est b, igitur in Broxardo aliquod b non
est c, repugnans maiori. Et similiter si fal-
sa sit aliquod, a est b sumemus opposi-
tum conclusionis scilicet nullum a est c,
quod erit uerum & ei adiiciemus omne
b est c maiorẽ scilicet, & concludemus
in camestres nullum a est b.

At ex ambobus repugnantibus præ-
missis eius syllogismi qui concludit, nũ-
quam fit syllogismus necessario. Ex una

tantum non fit nec in prima nec in tertia figura. In prima quidem fiet specialis si repugnet maiori, & negans si minori, at sic nihil cōcluditur in eadem figura: sed in secunda nil prohibet ut in Frisesomorum. In tertia uerò nec in ea nec alibi, quoniam uel fient ambæ negantes, quæ nullibi efficiunt syllogismum, uel ambæ affirmabunt, quæ in ea figura non efficiunt syllogismum, in alia autem nō sunt ordinatæ. In alijs potest. Imperfecta uerò demonstrandi ratio fit uocato Enthymemate, cum altera præmissarum subtitur. Dignoscitur ex conclusione & præmissa quæ adducta est: an suppressa sit Maior, Minor, Generalis, Specialis, quæ affirmet aut neget, & in qua figura ac modo Terminus enim in præmissa qui in conclusione non inuenitur medius est, quem iunges alteri qui in conclusione est, non in præmissa, habebis alteram præmissam. Quartus modus fit cum negando consequens eius quæ est sub conditione, quæ affirmat, sequitur negans de antecedente. Velut si esset sapiens esset bonus, sed nō est bonus, ergo nō est


sapiens. Et similiter, si non est bonus, nō est sapiens, sed est sapiens, ergo etiā bonus. Demonstramus autē hoc. Nullus bonus est homo, nam nullus homo est bonus: omnis sapiens est bonus: equiuale enim: igitur nullus sapiens est homo, igitur nullus homo est sapiens. Quod autem dixi de omni homine, palam docemus de orationibus intelligi debere, in quibus id de quo dicitur, est unum aliquid.

Captiones autem secundum Aristotelem tredecim sunt septem in re, sex in uerbis. In re, per accidens ut si differo a te, tu medicus es, differo a medico. Simpliciter & non simpliciter: mali norunt decipere, igitur mali sunt sapiētes. Ignorantia Elenchi: est autem Elenchus compræhensio, sed accipitur pro reprehensione. Velut Galenus fuit bonus expositor Epidemiorum, & malus Aphorismorum, igitur fuit bonus & malus expositor. Consequentis fallacia: quod factum est habet principiū, mundus non est factus, igitur mundus nō habet principium. Petitio principij: quod seipsum mouet

mouet est immortale, anima seipsam mouet: igitur anima est immortalis. Causa quæ causa non est erroris, cum admittimus falsam orationem & ueram negamus. Et cum plures fiunt simul interrogationes: ut intellectus, an expertes materiam? quidam enim sic quidam non. In uerbo, Homonymia, accentu, compositione, diuisione, ambiguitate, significatio totius orationis, ac specie significandi, uelut ius carnis decoctum & quod iuste debetur. Apponam autem aliqua exempla præcipua. uita per animam consistit, uita in mortem transire non potest, nec igitur anima. Platonis est. Aliud eiusdem mors est contraria ortui & uitæ, igitur ortus & uita unum sunt, animus non est uita, ergo animus non oritur. Illud etiam Hentisberi famosum: Falsum dico. sic dissoluitur, æquiualeat huic: falsum dico, cū falsum dicere me dico. At primum falsum est, quia nihil antea dixerat, inde totum uerum: quoniam tota oratio sic uera est, cuius prima pars falsa erat.

Sit ut quadrilatera a, b, c, d, & a, e, f, g,
 d d d sint

sint coninncta & circa eandem diametrum erunt similia: & si ducta æquidistante alteri diametro constituantur quadrilatera, erunt etiam similia, ex quibus colligemus quadrilatera similia, bifariam esse similia: quod tamen ex huiusmodi duobus assumptis, licet uideatur sequi, non tamen sequitur. Est igitur captio hæc quod ductæ f, e, & f, g, æquidistantes, fiunt quadrilatera dicta similia, sed non constat ex his e, g, æquidistare b, d.



Et si diametri b, d, & e, g, æquidistant, & ducantur e, f, & g, f, æquidistantes, non constat quod concurrant in linea a c, & si f, g, æquidistet c, d, & ducatur f, e, non constat eam æquidistare b, c. Sunt igitur tria: similitudo quadrangulorum æquidistantes diametri, esse circa eandem diametrum quæ duo posse iungi facile demonstrari, oia simul, difficile

& ex alijs suppositionibus, igitur etiam in Geometricis accidunt captiones. Aristoteles autem negat quoniam fiunt non

non secundum demonstrationem.

Medij autem inuentio sic per ea quæ per se, dicuntur: de subiecto, & quæ ei in hæret, aut semper, aut plerumq; , aut soli.

His uisis de positionibus atque implicamentibus repugnantiam, quæ necessaria sunt, adiiciamus, ueluti admodum his, qui ex uinculis detenti interrogantur, utilibus. Proponemus igitur, me occidisse hominem nocte quadam: oppositum mihi proponit iudex, scilicet ea nocte me nec adfuisse, nec occidisse hominem, conatur autem ad repugnantiam me deducere: nam eo facto in suspicionem incido. Proponit ergo an ea nocte domi cœnauerim, si negem, oportebit postmodum ostendere quomodo domum redierim. Si fatear, quærit, quomodo rescierim, illum fuisse occisum. Id ego negare debeo. quando quidem proponuntur tanquam admissa ac manifesta, quæ positioni meæ, quam tueri me oportet, incipiunt repugnare. Tum ille cur ergo, si nesciebas, in ianua domus armatus stetisti: id forsan ex testibus cōpertum illi fuerit: Solitus sum sic facere:

ddd 2

nonne

nonne illum oderas? tametsi par forsitan
 odisse fuerat, deprehensa causa, ego ta-
 men non odi: alicuius communis amici
 recitato nomine. Sed quo te à ianua cō-
 tulisti? paululum excessi uiam meam,
 non sum egressus: nil enim longius pro-
 gredienti utile contingere posse existi-
 maui. Attamen refugientem uiderunt,
 aliqui? Audito strepitu, nil, nisi timere,
 poteram, ob id in ipso statim initio stre-
 pitus, domum me cōtuli. In uniuersum
 quanto latius potes te explica, modo li-
 mites suspicionis, aut eorum quæ obijci
 certo tibi posse sentis, non attingas. Ea-
 dam in tormentis persta, ac uide ut ma-
 gis aduersum unum testem, quam plu-
 res perstes: tametsi quod unus obijcit le-
 uius sit, quàm quod à duobus probari
 potest, modo mortis periculum non in-
 curras. Melius est partem delicti sponte
 fateri cum securitatis uitæ spe, quàm o-
 mnia negando in periculum incidere.
 Melius tamen est etiam in his ignorantie
 aut obliuionis simulatione eludere,
 iudicis interrogationes, quàm aperte
 uel fatendo, uel negando, mortis aut diu-

turniorum tormentorum, subire periculum. Quocirca medius semper inter ea quæ probari possunt, & quæ uitæ discrimen afferunt, incedes. Vt positio tua nõ sit, quod tutum omnino est, nec id, cuius repugnans, per testes, probari nequit: sed quod medium est inter hæc aut urgentes testes aut periculosam confessionem: etiam si necessarium sit sub hoc medio, quod ab uno quouis teste tantum reprobari potest, compræhendere: non ut in positionibus, totum effugiendo, nec quicquam concedendo, quod in suspicionem sit. Melius est aduersus unum testem tormenta sustinere. quàm uitæ causam dubiam facere.

Nam in positione si quis dicat, pongo te non esse: admitto: respondebo. Tum ille, admisisti: nequaquam. Ergo non admisisti: nec illud. Quid ergo respondes: non respondeo. Rursus positionem admittis: non: igitur non admittis: nec illud: non tu respondes: qui respondeam. qui non sim. hoc ergo fateris te non esse: minimè: nec fateor, nec nego. Cur ergo tanta & quam differentiam, inter

has responsiones facis: nullas responsiones audio: uis ut te à positione liberem: non teneor ulla positione, ut qui non sum. Sed quæ hæc uarietates: & unde: mentis tuæ: reuoluentis tecum, quid respondurus essem, si esset nihil quod pro me responderet, sed tu illius, qui non esset, loco responderes. Soluo te ab obligatione: recipio & liber sum. In omnibus his, maxime, ubi serio agitur, quàm maxime potes, breuiloquus, Homonyma uerba, & multiplices sensus, effugies obscura: tamen & ancipites orationes sequeris, ut cogitando, in quem uelis conuenientem magis tibi sensum uertere, possis & uanas iudicis spes fallere. Quæ eadem in litigiosis disputationibus diurnis obseruabis, ubi non de rerum ueritate concertatio est.

In concertationibus autem memoria, per syllabas, & literas, & ad unum principium, uteris. Medijs uerò generis differentias accidentium inseparabiliū, causam effectuum diuisione. Proponemus ualidiora argumenta, sed secundū ualidissimum ne deficere uideamur. Pri-

mis tribus habeas plurima parata media, inter medium terminum & maiore, & inter medium & minorem syllogismi forma exacta sit: aut si coarguere uelis potestate solum. Per contrarium ut in Topicis ait Aristoteles, dissolutio omnium difficultatum sit per interemptionem, aut diuisionem, id est, distinguendo.

Hactenus Aristotelica & uulgata: Nunc celebriorum authorum, propriaeque disciplinarum, & circa inuentionem medij, primumque Hippocratis, & circa medicinam. Innititur autem quatuor regulis: Prima a singulari effectu ad causam procedit, inde generalem constituit doctrinam, uelut qui bono sunt habitus, repentinus non sustinet mutationes periculosa. Secunda a causa supra effectum demonstrando simpliciter, inde ab effectu ad causam, quod sit. Velut si muci in coxa superueniant, coxa excidit, & claudicant: ergo si coxa exciderit, muci superuenere, & claudicabit nisi ueratur. Tertia cum inuenta causa plures effectus ex ea deducit, ut si mamma rur-

sus dureſcant, non abortit, ſed dolores
 in eis, uel oculis, aut coxis, aut gēnibus
 fiunt. Quarta cum ad id, de quo dicitur,
 ſequitur quod dicitur, & ad oppoſitum
 oppoſitum, & ea de quibus dicuntur, re-
 pugnant, repugnabunt & ea quę dican-
 tur. Sequantur ex a, b, & ex c, d, & ſint a
 & c, repugnantia; dico b, & d, repugna-
 re. Si enim b, non eſt a, non eſt ex regula
 imperfectorum: igitur c, eſt ex Primo a-
 xiomate, quare d, ex ſuppoſito. Igitur ſi
 b, non eſt d: eſt & iam b, & d, fuere oppo-
 ſita, ut ſuppone: igitur b, & d, repugnāt.
 Porro inuentio mediꝝ ab Hippocrate
 triplex eſt conſtituta, cognitionis & o-
 perationis, & cognitionis in compara-
 tionem, id eſt, ſi liceat operari, uel non:
 circa enim ſtatim morituros, nihil debe-
 mus operari, & quosdam morbos ſolū,
 mitigare conuenit. De operatione tan-
 quā ſimpliciore dicamus. Morbi fiūt
 ex mutatione naturę, in contrarium af-
 fectum. Igitur primum, curatio cum ſit,
 reſtitus ad naturalem ſtatum, fiet contra-
 rio motu, & qualitate, quę tamen uiget.
 Et quia factus eſt morbus ab aliqua cau-
 ſa,

sa, & illa plerunq; fit à simili, quia simile à simili generatur, igitur causa illa est naturæ contrariæ, cum sit similis morbo. Et cum fiat curatio per ablationem causæ: igitur fiet per contrarium causæ: per se. Et quoniam causa aliqua fit à contrario sui, ut calor ex refrigeratione, dum corpus non respirat, & curatio est contraria generationi causæ: igitur cum causa fuerit facta à contrario per accidens, soluetur à simili per accidens, ut calor à balneo. Rursus quia curatio fit à natura, & natura iuuatur à similibus, igitur curatio fiet per similia naturæ. Habemus igitur, quod curatio semper fit per contraria generali modo ipsi morbo, id est, auferendo morbum, ut si sit frigiditas calefaciendo, & per contraria per se causæ, & per similia causæ, per accidens, & per similia naturæ per se. Secunda regula sumitur ex similitudine, similibus morbis, ut simili sunt, conueniunt eadem auxilia, & eidem morbo rursus similia auxilia, & similibus similia. Tertia contrarijs morbis, contraria auxilia. Quarta regula: medijs morbis, media auxilia.

conuenient. Quinta complicatis mor-
bis, diuersa auxilia, uel simul uel alterna-
do. Circa comparationem cognitionis,
ad operationem oriuntur signa progno-
stica, quæ omnia in similitudine, & dissimilitudine fundata sunt. Quanto ma-
gis remota sunt à naturali statu, eo mor-
bum & causam deterioiorem significant.
Aduersæ naturæ sunt morbus, qui est
principalior quo ad periculū, inde cau-
sa, quæ principalior est, quod ad sanatio-
nem pertinet & symptomata. Et quartum est naturalis habitus. Quo igitur ea
quæ sunt præter naturalem maiora fue-
rint, & differētia à naturali habitu, eo pe-
riculosior, & difficilior affectus. maiora
autem quadrifariam dicuntur: uel quia
in necessarijs uitæ, uel quia essentia ma-
iora, uel diuturnitate uel qualitate affe-
ctus, ut ulcus, intemperie. Dignotionis
autem ab effectibus, ut languor morbi
à causis, ut fuit in Sole, igitur dolor est à
calore: à signis, ut stridor dentium, con-
clusionis. Signa autem à concausis, a cō-
genitis, à contrarijs, à similibus, ab ordi-
dine, à transpositione, à toto, à parte, à ra-
tione.

tiocinatione, ab experientia cognitis, et à *συνορρομῆ*. Exponam autem unum exemplum à simili & contrario. Infantia plenas & exiguas habet uenas, adolescentia secernit & excernit, pueritia plenas habet uenas: quia cōtermina infantia, non paruas, quia contermina adolescentia, secernit, quia contermina adolescentia, non excernit, quia contermina infantia: igitur illi conuenient morbi plenitudinis summæ cum secretione, quæ fit agitatibus humoribus, & supercalactis ob motum, nihil excernente natura. Inde qui morbi oriri possint ex hac causarum complicatione considerauit, & eos quos experimentum confirmauit proposuit.

Galenus autem uersatus est circa inuenttonem artium, cætera quæ de demonstratione iactat ridicula sunt: nam nec Hippocratis Dialecticam assecutus est, nedum ut ei aliquid adiecerit. In artibus igitur & disciplinis inuētio fit à notatione finis, inde ingrediendo sensim ad ea, quæ sunt ad finem, multiplicantur membra subiecti, ut apparet pulcherrimo

mo exemplo ex diffinitione Medicinæ.
Sic apud Euclidē proponitur finis, constructio quinque corporum, quæ regularia uocant inde considerantur necessaria propinqua, & illa sunt plura, & his rursus necessaria, quæ etiam sunt multo plura: atque adhuc necessaria his, quæ etiam sunt plura illis, donec deueniamus ad prima. Sic nil deerit necessariorum ad artem constituendam, nec quicquam abundabit ad finem inutile. Secundum est ut demonstremus, omnes has partes esse necessarias huic fini, uel si sint contenti, sub subiecto contineri, nec plures esse posse. Tertium ut ostendamus, quæ de illis partibus possint demonstrari, & quod neque plura neque pauciora, quæ ad artem pertineant. Quartum ut id agatur in omnibus scilicet, ut affectiones de singulis partibus subiecti quæ breuissimè demonstrantur: uocatur autem prima resolutio, secunda collectio, tertia inquisitio, quarta demonstratio. Demonstrationum autem genera sunt septem, primum & nobilissimum, per causam, cum rem simul esse ostendimus.

Vet

Velut cum cras defecturam Lunam ostenderimus, ob terræ inter Solem & eam, interpositionem. Illam uerò adeò celebrem Aristotelis, ex primis, ueris, principijs, tot cū conditionibus nescio quorsum, Aristoteles adduxerit, cuius nullū apud homines exemplum potest inueniri. Sed & multo minus apud deos uel demones, qui demonstrationibus non utuntur, sed dii quidem omnia simplici intuitu cognoscunt, demones dum *επιλαμβάνουσιν*. Secundum est ab effectu supra causam. Tertium à causa super effectum, sicut ut causam illam esse ostendamus. Quartum ut dixi quod ex his componitur, nobilitatis ordine secundum. Quintum quod ad absurdum deducit. Sextum quod non est per proprias causas, sed alienas & externas. Exemplum huius habetur apud Archimedes dum de Parabole demonstrat per æqui ponderantia. Compræhendit autem hoc inuentionem causarum uarij generis uel perfectæ ut ignea caliditas ruboris sanguinis, est enim causa ruboris instrumenti, & operationis. Velut si quis

ly.

lyram fabricet & pulset, erit causa perfecta soni. Et plenæ uelut cor est causa caloris sanguinis, id est, feruoris prima & tepidi per iecur in quo conseruat: ut ingentam quam influxit. Et cum non possunt esse nisi due causæ & unum dicitur generaliter, aliud non quod generale est per se est causa. Vt omnis humor, niger est cum timore, non omnis humor, frigidus & siccus est cum timore: igitur nigrities non temperies est causa timoris. Et si quæ sunt maxima singillatim possunt esse sine illo, coniuncta non sunt causa per se ut bilis siccissima, & pituita frigidissima possunt esse sine timore, ergo frigiditas, & siccitas, non sunt causa timoris per se. Septimum quod ex confutatione, opinionum aliorum oritur. Estque tum demonstratio solum aduersus illos. Atque hæc omnia re ac ui, inter se differunt. Quæ uero demonstrationes non ex principijs deducuntur, sed ex demonstratis, modo nil aliud obstat, perfectæ & ipsæ sunt demonstrationes. Continuo enim contextu cum illis coniunctæ sunt. Imò sic necesse est procede
re

te usq; ad remotissima sensibus nostris.

Tradi autem ars quinque partibus debet uelut Medicina preceptis quæ solus Galenus in Methodo absoluit: conciliatio est auctorum: & distinctione rerum quam partem soli nos perfecimus: doctrinis ut publice profitendo eam ego cum pluribus aggressus sum, expositione primorum authorum quam & Galenus & nos expleuimus. Vitruuius non indignus Tractatione: estque modus, exequendi precepta specialis quem nec Galenus nec nos attingimus uocant practicum sed alij multi scripsere.

Sic uero ut ex resolutione à fine ad prima principia deuenire debemus: ita in conuincendo aduersarium ex primis principijs ordiemur, conuerso ordine quasi aliud agentes donec incautum & nil tale meditantem oppresserimus. Velut si uelim probare quod uirtute carere est, summa infelicitas: Nā resoluit sic optimum aī bonū est uirtus: quoniā est proprium ut uoluptas corporis: & propria animi bona sunt pstantiora, quam corporis quia animus corpori pstat: quia agit

agit illud, ut auriga quadrigā & equos. Ille autem palam nobilior est Igitur hoc probatis ut primo per tres alias rationes conuerso ordine ostendemus quod uirtute carere est summa ea felicitas, uocatur autem insidiā.

Sic igitur construendorum librorum ratio habetur. Tum uerò & dignoscendorum qui nam perfecti sint qui deficient, & imperfectorum (qui plerique sunt) qui minus sint imperfecti. Nam eorum qui sunt in disciplinis quatuor sunt illarum rationes recta resolutio collectio, inquisitio & demonstratio. Aliorum tres primarum. Multum autem interest quæ partes deficient, uelut in historia tractationes causarum secreta hæc enim sunt præcipua, unde solum quatuor historiae apud nos sunt. Xenophontis Ascensus Cyri, Catilinarium & Ingurtinum bellum Salustij, Philippi Argentoni de gestis Ludouici undecimi Gallorum Regis omnium præstantissima. Nam Commentaria cæsaris cum iussu illius scripta sint, & nil tyrannidem redoleant, non habent acta secreta. Omnia enim illa nil nisi

uim & fraudes & rapinas ac corruptiones per munera ac pecunias continebant. Itaque dum uetat illa inseri historiae eam inanem & uacuum reddidit. Sic exanimis sunt omnes aliae: & quae maxime celebratur Thucydidis ac Titi Liuij sunt sordidissimae. Vbi loco horum quae sunt tanquam historiae, animae uideas orationes ducum fictas ad ostentationem ingenij, & facundiae autoris non ad rei ueritatem intelligendam utiles. Simile est de Epistolis nullas habemus praeter Ciceronis ad Atticum & eas satis obscuras & plenas Graecis adagijs, sed pleniores etiam glorioso milite ad fastidium usque: deinde etiam mutilatas cum plus biennio desideretur: & tamen uel sic dignas solas quae legantur. Et maxime cum scholijs Pauli Manutij.

Inde ex his etiam intellectus difficilissimorum autorum, uelut Hippocratis, Aristotelis, Plotini, Archimedis, & Apollonij. Primum quidem statuemus quid docere debuerit, antequam quid doceat, si ordinatus fuerit. In omnibus autem diuidemus eorum dicta in periodos

dos certos ubi perpetuò de iisdem fet-
monem habeat. Consyderabimus eti-
am an sit simplex tota narratio an con-
nexa, ut demonstratio, & ad demonstra-
tionem partes trāspōsitis hinc inde que
necessaria uidebuntur. Ultimo rationē
habebimus propriorum modorum de-
monstrādi. Iuat et uidisse expositorum
aliorum si qui præfuerint mentem, & e-
iusdem etiam authoris dicta inuicē con-
tulisse. Videtur autem & alius tradendū
modus, quo usus est Aristoteles & ma-
nifestē Theodorus Gaza in sua Græca
Grammatica, cum ab uniuersalibus ad
specialia procedimus. Velut enim sensus
corpus prius quàm animal & hoc quàm
hominem procul depræhendimus: ita
& confusa quædam cognitio est omni-
um prius deinde & propria & speciali-
um ac partium subiecti. Vnde & illud
demonstrandi genus quod ab uniuersa-
libus ad specialia procedit. Principi-
paliter autem præsupponere oportet ne-
que contradicere neq; repetere nec le-
ue quicquàm aut absurdum dicere nisi
ratione euidenti compulsus; neque o-
biter

biter nec dissidēs ab alijs nisi rursus causa addita, neq; ut incertum reddat.

Hinc orta est ratio profitendi extemporanea etiam si oporteat. Exemplum autem sumemus in Hippocrate qui precipue ob claritatem & profunditatem sensuum dignus est legi Primum. Ergo sensum illius simplicem, & uniuersalem exponemus. Deinde distinguemus singulas dictiones tum maximē obscuriores properantes ad eum sensum in quo ab autore propositæ sunt, ne nugas agere uideamur. Post quæremus rationem, dicti quam facile inueniemus cum ille nihil sine ea protulerit neque non consentiens experimento: ea etiam promptē se offeret ex modis quibus utitur autor, eruta ut in Hippocrate seu una quatuor demonstrandi norma seu ex undecim medijs inueniendi. Qua inuenta, diuidere, Componere, Amplificare, sæpe excipere, raro dubitare, per causarum quatuor genera rem examinare, applicare quæ ad id pertinent uel quæ ex illo deduci possunt: contraria, contratijs, comparare, aut eadem, ut cum dicimus, rara

ccc 2 corpora,

corpora lassitudinibus non corripere, car-
 nium esum, ferre, & si sint imbecillia,
 signa. Aliorum exponens tum etiam
 opiniones quæ sententiæ illi aduersan-
 tur confutare licebit. Demum traduce-
 re etiam ad opus. Ac ultimo per uiam
 epilogi colligere.

Hoc munus sæpè nos non solum re-
 cte sed non parua cum admiratione præ-
 stitimus. Poteris & ex hoc transire ad or-
 natas disceptationes non tam authori-
 tate magni uiri fultus, quam etiam mul-
 tiplici & profunda ratione instructus.
 Quorum omnium consuetudine eti-
 am ad opus ipsum non parum proficie-
 mus, quando quidem eorundem sit re-
 cte sapere & bene opus tractare.

Geometrarum autem consideratio
 inter quos præcellunt Euclides & Archi-
 medes in demonstrandi inuentione, Ap-
 pollonius autem in ipsis demonstratio-
 nibus circa quatuordecim uersatur: quã-
 titates ipsas generaliter, Lineas, Angu-
 los, Superficies, Sphæram, Corpora qui-
 que uniformia, lineas in superficie sphæ-
 ræ, superficiem sphæaræ, cum partibus e-
 ius,

eius, Cylindrum, Conum, Coniſectio-
 nes quatuor, Conoydalia corpora, atq;
 ovalia. Lineas Elicas & q̄ sunt huiusmo-
 di generis. De his oībus demōſtrāt qua-
 tuor nō ſingula tamen de oībus Aequa-
 litas; Maius uel minus Proportio & Cō-
 menſum, uel Aſymetrum. Proportionis
 præcipua, Continuitas, Aequalitas, Pro-
 ductio, Compoſitio, & Reflexa. Princi-
 paliffimum omnium & in omnibus eſt
 æqualitas quæ & quantitatibus, & pro-
 portionibus inuenitur. Maius autem &
 minus propter æqualitatem. Nobilior
 autem proportio æqualis aut continua
 Commenſo, Commenſum, Aſymetro.
 Sed & Aſymetrum per ſe conſyderatur;
 opponitur tamen commenſo ob id nō
 duo genera ſtatuerè oportet. Reflexa
 autem. Species eſt una æqualis propor-
 tionis. Productio & compoſitio, & ipſe
 ad æqualitatem referuntur Aequale o-
 mnibus notius ratione, ſenſu autem ma-
 ius aut minus. Cum autem neceſſe ſit in
 omnibus, ut dictum eſt, præmiſſas con-
 cluſione eſſe notiores, neceſſe eſt in om-
 nibus demonſtrationibus perfectis aſſu-

mi æquale uel commensum. Nam proportio potius ad partes subiecti pertinet quam quod sit affectio. Perfectam dico demonstrationem in qua sistitur. Quædam enim propter se solum demonstrantur, ut quæ de Sphæra & corporibus uniformibus: quædam propter se & alia, ut quod latus recto oppositum, tantum possit quantum reliqua pariter accepta. Et quod maius latus maiori angulo opponitur. Quædam propter alia tantum ut in uigesimo quinto Theoremate quinti Elementorum. Et generaliter, ubi nihil supponitur, æquale nec commensum, non fit demonstratio quæ sit propter se. Porro septem modis demonstrationes primi ordinis fiunt, aut ex æqualibus inæqualia ut in xvi. Primi Elementorum. Vel ex inæqualibus inæqualia: ut in xvij. uel ex æqualibus equalia, demonstratione ad absurdum ducente, ut in xxvi. uel ex equalibus æqualia demonstratione absoluta, ut in xxxij. eiusdem, uel ex inæqualibus equalia, ut cum demonstramus circuli superficiem fieri, ex dimidio dimetientis in dimidium peritæ:

riferia: uel cum ex inæqualibus actu æqualia potestate ut in xlvij. primi Elementorum: uel cum ex æqualibus actu, æqualia potestate ut in sexto Elementorum cum demonstramus similes superficies, super bases æquales, esse æquales. Sunt & alij modi, in his tribus differentijs absolute demonstrationis absurde, equalis inæqualis, actus & potestate: sed hi quos diximus principaliores. Videntur ergo fines demonstrationum perfecti consistere in probando equalitatem quantitatum aut proportionum aut cognitionum proportionū ipsarum, que sunt genera quedam equalitatum, & commensuratum. Nam ex eo habentur, genera quantitatum qualia sint. Omnes commensurata ut Euclides demonstrat in eodem sunt genere. Ex commensuratis autem nobilissimum equalis, inde multiplex inde quod continet partem certam & ex his quam notissimam, ut sexquialteram & duplam magis quam triplam & sexquiterciam. Et idem in pluribus partibus.

Propriorum autem quæ in Geometricis præcipue quæruntur ad inuentio-

nem utilium tria sunt genera, Axioma, Modus et Medium. Inueniuntur autem in singulis quæ opportuna sunt resolutioni tua methodo deducto uersus principia problemate. Cuiusmodi exempla non pauca habes apud Theonem in Commentarijs super Euclidem.

Primum igitur est Axiomatum quæ principaliter sunt septem: superpositio, & est a sensu coniunctio ex æqualibus: æqualis differentia ab æqualibus aut utrunq; comparatio ad idem mutua proportio, licet hæc demonstratur, habet tamen rationem principij quod generale sit, Et mutuus excessus. atq; hæc omnia cum suis conuersis. Et unumquodq; habet rationem mediij ut in xli. & xliij. primi Elementorum Euclidis.

Modi autem argumentandi nobiliores & præter axiomata sunt quatuor, commutatio proportionum in quatuor quantitatibus, & habet octo Species: Conuersam, Permutatum, Coniunctam, disjunctam, Aequam, Euersam, & assumptionem æque multiplicium primæ, & tertiæ atq; secundæ & quartæ. Et assumptio

ptio duorum, ac duorum multiplicium ad primum & secundum, si necessario, sunt maiora, aut minora, aut æqualia, multiplicia unius & alterius, illæ quantitates erunt æquales. Commutatio proportionum in sex quantitatibus. cum una proportio ex duabus reliquis componitur cum conuersa. Reductio earundem proportionum, in duas æquales, & ex sex quantitatibus in quatuor cum conuersa, cum duæ quædam ex his æquales fuerint. Et comparatio in mutuis excessibus. Eius autem apponam sex exempla: primum cum fuerit, excessus primi ad secundum, ut tertij ad quartum, erunt primum & quartum æqualia, secundo & tertio. Et rursus cum fuerint tres quantitates aggregatæ, quarumlibet duarum æquale est aggregatæ ex reliqua, & quavis earum differentia eiusdem non assumptæ in primo aggregato ab ea quæ non est assumpta, in secundo aggregato. Et etiam differentia singularum ab aggregato reliquarum iunctæ faciunt aggregatum ex omnibus. Quælibet etiam illarum cum

differentia reliquarum iuncta est æqualis differentia minoris illarum duarum ab aggregato reliquarum. Et si fuerint quatuor quantitates aggregatum, ex differentia primæ & secundæ, item tertie & quartæ, æquale est aggregato, primæ & tertie, & secundæ & quartæ. Et in eiusdem aggregatum, differentiarum primæ & secundæ, item tertie & quartæ æquale est, differentie aggregatorum, primæ & secundæ, ab aggregato, tertie & quartæ.

Media autem legitima, equalitatis tredecim apponam, & unum inequalitatis aliudq; coniecturale. Primumq; sumitur ex natura quantitatum generalis, quod commune est toti secundo libro Elementorum Euclidis, licet ipse eo non utatur, sed demonstrat per figuras descriptas.

Secundum est ex natura propria: ut reliqua tria quæ sequuntur ab ambitu: ut in octava primi elementorum Euclidis. Nam ex equalitate omnium laterum in triangulo demonstrat, equalitatem superficiæ & angulorum.

Tertium

Tertium ex figura, uelut cum ex angulorum æqualitate laterum proportio demonstratur, ut in Quatta, Sexti Elementorum.

Quartum cum ex ambitus & figure, parte demonstramus, & proponā quinque exempla. Primum cum duo latera, duobus lateribus, & anguli cōtenti sunt equalia: ut in quarta, primi Elementorum. Secundum cum duo anguli, duobus angulis equales sunt, & latus unum uni lateri, ut in uigesima sexta eiusdem. Tertium cum angulus angulo fuerit equalis, & latera continentia mutua, ut in quintadecima Sexti Elementorum. Quartum cum anguli fuerint equalis, & latera continentia, in eadem proportione. Tunc trianguli erunt, similes ut in sexta eiusdem. Quintum cum fuerit proportio aggregati laterum, ad aggregatum laterum, mutua proportioni, producti trium differentiarum uniuscuiusque scilicet, lateris à dimidio aggregati, eorundem inuicem ad simile productū, ut si unius latera sint, xij. xij. v. alterius unum latus sit: vi. reliqua singula quadratum

dratum latus. cix. Et hec demonstratur à nobis in Elementis Geometricis.

Quintum est cum altitudines, & bases fuerint in mutua proportione. Hoc autem à nobis ibidem demonstratur, manifestum est autem quod in eo includitur, etiam si sint equales.

Sextum cum ex origine ipsius figure, ut Archimedes in Elicis.

Septimum est à diuisione seu in similia, seu in dissimilia, ut in xlvij. primi elementorum Euclidis.

Octauū cū à compositione, deinde de tractione argumentamur: ut in quinta eiusdem.

Nonum cum ab utroque ut in secunda parte demonstrationis trigésimę quę eius.

Decimum ex negociatione. Velut cum ego demonstraui, proportionem reflexam.

Vndecimum est Myrielecticum, habetque tres modos, primus cum diuisa quantitate, in infinitum sub certa ratione aliqua illarum ad omnium aggregatum certam seruat comparationem, demonstrata



monstrata tali diuisione sequitur quod
 proposuimus de comparatione. Et hoc
 est præcipuum quo Archimedes demō-
 stratur quantitatem Parabolæ & Sphæræ.
 secundus modus est cum assumuntur,
 quotlibet quantitates in duobus ordi-
 nibus sub certa proportione, & compa-
 rantur inuicem. Et tertius similiter sub
 certo excessu inde demonstrata propor-
 tione uel excessu, sequitur ut sit ratio cō-
 parationis proposita. Et his etiã utitur
 Archimedes.

Duodecimum est cum æquale æqua-
 li superponitur, sed non tota figura toti
 figuræ, ut in primo nostro. De Elemen-
 tis super xxxv ij. Primi Euclidis, cum
 latus lateri æquali superponimus, non
 triangulum triangulo. In quo genere
 sunt nouæ circulorum descriptiones, re-
 ctarumq; equidistantium ad perpendi-
 culum: tum maxime cū extrema illarum
 coniunguntur.

Tertiumdecimum est cum figuræ si-
 miles aut dissimiles miscentur, ut si duo
 circuli in Sphæra quomodolibet se secu-
 erint, & ex communi sectione argumen-
 tamur,

tatur, ex xxxv. Tertij Euclids. Velut in inuentione duarum mediarum tradita à nobis ex Archita Tarentino, nobilissimum.

Medium autem pro inæqualitate demonstranda est, uelut cum quantitates in aliquo genere perueniunt ad maximum quoddam aut minimum, licet diuersum tanquàm finem, licebit inuenire quantitatem æqualem propositæ minori, & ita demonstrabitur inæqualitas. Et ex hac rursus & extrema alia media, & ita demonstrabitur ordo à posteriori.



in superficie e, & sit lineæ f, quadratum æquale

Exemplum sit circulus a b c d, & sint a c, & a d, æquales aut proximiores æqualitati b c, & b d, & sit portio a c d, minor semicirculo dico quod quadrata b c, & b d, sunt maiora quadratis a c, & a d. quia enim angulus a est maior recto, erit quadratum c d, maius quadratis a c, & a d. Sit igitur ut in superficie e, & sit lineæ f, quadratum æquale

æquale quadratis $a c$, ad igitur f , minor est, $d c$, inducta, igitur in portione ex puncto d , & ducta, $f c$, erunt quadrata $f c$, & $f d$, maiora quadratis $b c$, & $b d$, & ita statuetur ordo inæqualitatis. Fietque axioma quasi pulchrum: & demonstratio similis Chrysippeo syllogismo.

Medium autem coniecturale est cum exempla omnia uidentur appropinquare certæ rationi: Et licet non concludat eam rationem obseruandam, cum tamē sit signum necessitatis erit uia ad demonstrationem.

Hæc igitur sunt exempla & modi, cū plures sint & præcipuè qui ex generalibus regulis habentur. Velut ex cornuto syllogismo cum demonstramus, lineas rectas in punctum coeuntes ex portione periferiæ circuli maiores esse, illa portione. Ut in Elementis nostris. Et modi inueniendi non demonstrandi cum casu multa sic euenire comperimus. Atque hoc medio & præcedenti maxime artem magnam inueni inde etiam demonstrationes inuestigauimus: nihil enim utilius ad inuentionem quam scire posse inueniri.

Ni

Nihil ad demonstrationem quam iam rem ipsam inuentam esse. Extenduntur autem multi horum modorum, etiã ad Arithmeticas considerationes. Sed & ad alias artes, tum maximè cum etiam, ut dixi, demonstrationes ex non proprijs principijs artis construere uoluerimus.

Sciendum est autem quod licet Aristoteles adeò extulerit demõstrationes, Mathematicas, fermè tamen tota Geometria ex demonstratione ad absurdum ducente originem ducit atq; in his habet fundamentum: nam quod anguli trigoni æquales sint duobus rectis, quam semper habet in ore, demonstratur ex eo quod in æquidistantibus lineis alterni anguli sicut æquales. Sed hoc cū demonstraretur in *xxix.* primi elementorum quæ ex *xxv. ij.* demonstratur. At hæc procedit per confutationem, quare & *xxx. ij.* Ostensum est enim non posse maiorem esse fidem atq; autoritatem in conclusione quàm in præmissis, quod & ipse Aristoteles fatetur. Constat ergo eam propositionem per confutationem demon/
demon/


demonstrari, quod manifestè apparebit si demonstrationem ipsius trigelime secundæ usq; ad prima principia deducere uolueris atq; resoluerè. Incides enim in hoc quod angulus exterior opposito interiori sit æqualis, quod xvi. primi Elementorum repugnat per eadem & xlvij. primi Elementorum. Pythagoræ ut referunt inuentum ad xli. Deueniet ex hac in xxxiiij. ex qua in xxvi. que per confutationem demonstratur, resoluetur, itaq; & illa. Voco autem per confutationem eam quæ ad absurdum deducit quoniam ex fine illo ad principium admissum confutando redimus.

Quædam uerò sunt demonstrationes quæ mediæ sunt inter absolutas, & confutationem, uelut si quis loco xxvij. primi Elementorum demonstraret primum quod si linea recta super duas paralelas ceciderit erunt duo anguli ex una parte, duobus rectis æquales: nam si sint minores concurrerent, ex eadem parte: si maiores ex altera per xiiij. primi Elementorum: igitur necessario ex utraq; parte æquales sunt duobus rectis. Sed Eucli-

des maluit ad absurdū deducere ne præsupponeret, paralelas esse quas nondū deducere docuerat.

Ex his etiam ad interrogationes devenimus in quibus proponitur an aliquid sit uerum? etsi uerum an demonstrari possit, & quomodo. Videntur autem ijdem modi atque ratio eadem, que in inueniendis atque tradendis artibus. Verum exemplo quodam quod mihi propositum fuit: à Francisco Sambo Rauenate, id declarare decreui nam illud admiratione dignū adiectum est, quod cum duobus annis frustra in eo laborassem, conscripta Dialectica in quarta horæ parte quod hic subiicitur, id totum expræsi. Quæsitum fuit huiusmodi. Descripsi circulum $abcd$, & extra circulum duxi rectam, efg , quomodolibet, abe , acf , adg , secantes circuli periferiam, & inueni quod id quod fit ex ea in ab , cum eo quod fit ex ga , in ad , duplū est ei quod fit ex fa , in ac . Dicam ergo postquam non se astringit quo transeat acf : igitur erunt duo illa rectangula dupla semper ei quod fit ex fa , in ac : quocumq;

eunt loco ponatur f , igitur omnia re-
ctangula ex fa , in ac , erunt inuicem æ-
qualia, igitur ex fa , in ac , quantum ex
ea in ab . quare quod ea in ab æquale: ei



quod ex ga in ad . Ergo par ratione du-
cta hl , erit quod ex ha , in ab , æquale ei
quod ex la , in ad , hoc autem maius quã
quod ex ga , in ad , igitur ex ha , in ab ,
maius quam quod ex ga , in ad , ideoq[ue]


fff 2

etiam

etiam quàm id quod ex ea in a b, igitur h a, maior e a quod est absurdum. Rur-
 sus si præsupponat, a f, transire per cen-
 trum a e, autem & a g, altrinssecus esse po-
 sitas, tunc non sequitur confestim quod
 ex e a, in a b, fit æquale esse ei quod ex g
 a, in a d. Sed bene quod ex eadem parte
 lineæ æqualia facient rectangula. Vt po-
 te ex parte si quod fit ex g a, in a d, cum
 eo quod fit ex e a, in a b, uel f a, in a c, du-
 plum est rectangulo ex tota transeunte
 per centrum in dimetiētē, igitur quod
 fit ex f a, in a c æquale est, ei quod fit ex
 e a in a b, hoc autem falsum in inclinata
 h l, quoniam ubi minima est, quæ inter-
 cipitur à recta & circumferētia ea etiam
 minor est interiore parte quavis interio-
 re intercepta inter ipsam & eam quæ trā-
 sit per centrum.

Relinquitur tandem ut intelligēdum
 sit cum dimetiens cadit supra rectam ex-
 teriorem ad perpendiculum: ut in secun-
 da figura. Quia ergo quod fit ex ea in a
 b, cum eo quod fit ex g a, in a d, uel l a, in
 a k. Duplū est ei fit ex f a, in a c, erit quod
 fit ex l a, in a k, æquale ei quod fit ex g a,
 in a d.

In a d. Igitur cum l a, quam protraxi sit e-
qualis ea erit quod fit ex ea in a b, uel g
a, in a d, æquale ei quod fit ex f a, in a c.



Ergo ueritas huius cum problemate af-
signato conuertitur. Hoc autem esse ue-
rum liquet protracta c d, recta: nam ex
xxxi. Elementorum erit d, rectus qua-
re ex iiii. Sexti eiusdem ratio f a, ad a d,
qualis g a, ad a c, ergo per xvi. Eiusdem
fff ; pa

patet propositum. Vides igitur quam certa arte uenati simus ueritatem huius quaesiti in qua plures in uanum uel multos annos consumplissent, quoniam quaesitum erat generaliter propositum, & dicebat se mensura uerum inuenisse, cum tantum hoc in casu, ut demonstrauerimus, uerum sit. Manifestum est autem quod generale euadit problema ex hoc quod $l k$, in $a k$, semper est dimidium, $e a$ in $a b$, & $g a$, in ad .

Ptolemei uero Dialectica quatuor constat regulis. Prima ut ex duabus quae affirmant orationibus syllogismum in tertia figura construat. Hanc Auerroës, non intelligens damnat ipse committens fallaciam non cause, ut causa. Nam Ptoleomens demonstrat genera exempli, motum Solis sic seruari supposito orbe eccentrico. Cum hac ratione demonstrat quod nulla alia ratione is motus potest seruari ad unguem neque cum alijs eccentricis neque paruis circulis neque homeccentricis quotuis sumptis. Ista enim a me declarata sunt in Libris de Rerum Varietate, & operis perfecti, & facile cuiuis bene

no Mathematico perspicua sunt. Quare melius fuisset. Aueroi: ut dixisset, tu nō ad unguem seruas hos motus, & maximè quia Ptolemæus ipse dicit posse loco eccentrici cum paruo circulo seruari motū Solis. Quod ut dixi uerum nō est, nisi de maximis differentijs, non de toto decursu in singulis partibus ad unguem. Ergo Ptolemæi regula stat, & est demonstratiua in ea figura, ex duabus quæ affirmant modo congruat, uniuersa ratio partium motus. Secunda regula est, quod omnes motus congruunt, cum motibus Solis coniuncta ratione, ut in nouo magnæ compositionis in illis uerbis. Si ergo in singulis stellis restitutionum tempus in dies resoluerimus, & multitudinem inæqualitatum in gradus per singulos circulos trecentos, & sexaginta multiplicauerimus, habebimus motum inæqualitatis. Nam in omnibus stellis, quibus Sol uelocior est, tot semper circulos ipse Sol in tempore restitutionis stellæ pertransiuit, quod sunt reuolutiones stellæ secundum longitudinem, & restitutiones inæqualitatis si-

mul compositæ. Manifestum est, quod
 hæ equalitates sunt inæquales, & ideo
 perpetuò permutantur, quia parvus cir-
 culus est, in alio loco eccentrici, quia ec-
 centricus non perfecit integram reuo-
 lutionem. His duabus regulis magnam
 perfecit compositionem, licet hæc secū-
 da alio modo sumatur in Luna, & alijs
 inferioribus. Tertia regula uocatur par-
 ticipationis, cuius uis, cōstruxit pulcher-
 rimos libros Musicę, & Geographiam:
 capit enim mediū inter extrema ex prin-
 cipijs, & ipsum coaptat extremis p pro-
 portionem notam, & simplicem: in Mu-
 sica per quidem sexquioctogesimam de
 qua in Arithmeticis diffuse à nobis tra-
 ctatum est: in Geographia autem Sphę-
 ricum accommodat, plano extendens
 centrum partibus triginta quatuor, ultra
 terminos habitabilis, id est, uiginti quin-
 que ultra polum, ut in prima figura, uel
 partibus septuaginta quinque cum dimi-
 dia, & tertia ultra polum, sed eadem ra-
 tione deducit ad septuaginta quatuor,
 ut distet à Thyle partibus centum & u-
 na. Ut in secunda figura, constituto e-
 nim

nim medio, inter duos terminos quic-
 quid adimitur uni alteri adijcitur, ut de-
 cus sit ad utrunq; interuallum. Quarta-
 regula uocatur successione qua utitur,
 in libris de iudicijs. Cum enim uideret
 totum cœlum concurrere in omnibus,
 quæ producuntur primas partes, secun-
 das & tertias atq; ita deinceps assigna-
 uit, donec ad eas perueniret quæ effe-
 ctum non uariarent. Usus alternatione,
 ut primum in die constitueret, secundum
 in nocte, & contra: inde ubi primo gene-
 ralem tribuisset uim haberetq; rationem
 horoscopi, secundò dedit specialem, ut
 significaret de uita ac cæteris, postmo-
 dum tertium locum assignauit, domi-
 nis dictorum principalium qui naturam
 rei significarent, uelut si de filijs ageba-
 tur an futuri essent boni, uel mali, stulti
 uel prudentes, amici inter se uel inimici.
 Quartum locum dedit ijs qui supra do-
 minos illos eleuarentur, qui fortunam,
 & exitum talium significatorum, & qua-
 litatum declarent, in omnibus ubi pri-
 mus impeditus sit, uelut sub Sole regi-
 men ad secundum transfert, uerum nō
 fff s sunt

sunt eo in casu tā perfecta, & ex acta decreta: ijs ergo quatuor regulis quatuor illa pulcherrima, opera fabricauit nullis alijs indigens praesidijs nisi communibus.

In caeteris quoque artibus idem praestat auxilium, dico Mechanicis, Architectura, & Pictura, atque alijs. Cū aliquādo cuperem uidere naturaliter quae praeter naturam erant, dixi mecum: nū quae uidentur, & audiuntur per somnum uerē sentiuntur, & non solum ea imaginamur? quādo inter imaginari plurimum interfit, & eum sensum qui solum in hoc differt, ab eo qui fit praesentibus rebus quod uerus non sit. Caeterum quod ad efficaciam sentiendi nulla ex parte minor est, cum imaginemur absque metu, maxima mala, nō autem per somnium, sed plurimum afficitur anima nostra.

Quid igitur prohibet ne huiusmodi etiam uigilantes uideamus? Sublata igitur, per uigiliam causa huius discriminis, & effeci ut uigilans uideam magna, & miranda ac supra fidem non secus, ac contingat dormientibus. Videamq; uerē &

re & per longum spatium temporis, non tamen quæ uolo, sed casu oblata, & maxime in quibus uersor magna cum animi intentione. Sed audire quicquam hoc modo hucusque mihi non contigit. Ita & in alijs artibus multa inueni, præclara secreta, unde etiam librum Secretorum conscripsi. Plura inuenturus longè, nisi id obstaret quod cui inueniam nescio, nunc enim iam sexagenarius sum. Et quàm uis lucrosa multa sint, nec inuentis uti gratum est, nedum ut alia Tantalea poma quæram, quæ inuenta mihi nulli usui aut saltem uoluptati futura sint, nec cui relinquam iucundè habeam. Solum quod facile fuit, Hippocratis libros, & aliorum grauiorum authorum intelligere curauì, tum maxime ob commentaria quæ in Hippocratem totum scribere institueram tum alia.

Liquet igitur ab hoc libro neque pauciora neque minus insignia responsa petere licere, quam à præstanti, ut ferunt, aliquo demone. At dices non propria, ut demon hæc affert responsa: imò pene

nè eadem. Nam homines ex sensibus speciebus cognoscunt dæmones ex cōcursu generalium effectuum, ut quod hoc tempore, loco, conditione, qualitate, ætate, temperatura, moribus, horum insectatione, hæc contingent, quæ nulli alijs enenire poterunt, unde fœcunda eorum cognitio. Sic & ex hac arte ad speciales substantias, & indiuiduas uocatas, tum affectus, & euentus descendere licebit. Porro Geniorum sciētiam est de his per concursum causarum, ut dæmonum effectuum. Dei autem non est aliena spectantis, ut horum cuiuslibet, sed totum facientis.

In probabilibus autem rationibus eundem ordinem seruabimus, ut quo ad formam ac naturam simillima sunt, demonstratiuis. Peculiare autem est multitudo argumentorum atque coniecturarum. Et ut ex concessis procedamus aut uerissimillimis, audientibus aut omnibus, aut sapientibus. Vnde etiam auctoritate eorum utemur. Refellemus autem rationes oppositas, uel quoniam obiectæ sint, uel quia plenè eleua-

re earum fidem posse confidimus. Ali-
ter prætermisisse fatius fuerit, ideo per-
petua oratione absque contradictione,
in his debemus uti in quibus omnino
persuadere propositum est. Vel si quæ
obiecti possunt nondum nota sint aut il-
li minus eruditi, uel si tempus non ple-
ne suppetat aut rationes non adeo fir-
mæ, apud illos futuræ uidebuntur fi-
dem puriorem & simplici oratione, &
argumentis demonstratiuis quàm con-
tradicens faciemus. Memineris au-
tem trecentorum, & sex locorum Ari-
stotelis in hoc genere.

Coniectum uerò dicemus respon-
dentem, cum uel obmutescit uel ad pro-
positum nihil, uel ad confutata redit,
aut fatetur incredibilia, uel repugnantia
ijs quæ prius ante dixerat. Verum in
huiusmodi causa, ut antea diximus, pa-
rum utilitatis est, cum ad scientiam non
dirigatur, in hoc enim solum studium
est adhibendum, ut confutetur respon-
dens cum quæ dixerit maxime inter ea
quæ uere dicuntur, sunt uerisimilla. Ex-
emplum autem cōfutationis, & in quo
ap.

apparet demonstratio utilis documenti. Sit propositum demonstrare quod omnis diuisio bona in duo tantum subiecta procedere debeat. Id tu neges, & sicut A diuidi possit primum in B C D E, & sit ratio B, propria F, omne igitur, B est F, & omne F, est B, igitur omne C D E, est A, & nullum continetur, sub F, non F, igitur contenta sub A, est ratio communis C D E, ea igitur uocetur G: igitur G, dicitur de omni C D E, & omne C D E, de G, igitur F, & G, dicuntur de totis B C D E, & illa de F, & G, at A, dicitur de B C D E, & B C D E, de toto A, igitur F G, & A, conuertuntur, per quartam regulam Dialecticæ, Hippocratis superius demonstratam. Quare A, primum diuidetur, in F, & G, rationes oppositas. Et ita non solum apparet confutatio, sed rei ipsius demonstratio, & modus etiam inuentionis. Miseret autem me adolescentum quos quidam tanquam aliquid magnum docturi admouent, utranque partem posse sustineri, ex quo etiam tam absurdo dicto gloriantur: cum quicquid temporis ei nego.

negotiationi impenderint prorsus perierit. Nam nullo labore (si sic scire, scire dici potest) omnia te scire momento doceam: omne enim quod est, huiusmodi est aut non est. Tam paruo inreruallo mera ignorantia à nostra scientia intersepta est.

Hieronymi Cardani Dialectica, Finis.

HIERONYMI CARDANI
 MEDIOLANENSIS
 ciuisq; Bononiensis, Medici,
 Hyperchen:



Se nos uel hoc ipsum declarat quod uel esse, uel non esse existimamus. Quòd si sumus sunt, & alia omnia, & cum sumus necessario sumus: ita aeterna cum semper sint. Velut potentia necessario semper sunt, atque ideò nec futurum in his est

est neque præteritum. Velut enim illi
qui extra rotam est, tota est præsens, qui
intra pars absconditur, pars noua exoritur,
ita & æternis unum est, idem semper esse
necessarium. Aut ergo nil esse aut ipsum
esse necesse fuit, nam si nõ fuisset, per
quid potuisset restitui? Quid ergo in causa
fuit ut necessario esset, non autem non
esset? nam uidetur hoc axioma habere
causam quodcunque est saltem coniunctam.
Causa est igitur quoniam non esse non est,
sed solum id imaginatur mens: est enim esse
ubiq; & omnia iam sunt. At si non est non
esse, palam est ubiq; esse & semper: & hoc
infinite tum quod est corporeum quam
quod incorporeum. Nec est ut mente
nostra regamur, cogitãtib; an moueatur
in instanti, quoniam infinitum circuit in
tempore: unde definierunt frustra
magnitudinẽ. Nihil enim omnino non
est. Sed supponatur, non esse aliquid, uel
luti later qui nunc non est, pridie autem
fuit, & Socrates. Videtur igitur non esse
aliquid. At non ita est, sed omnis quidẽ
substantia manet & ad idem redit ac reuolui.

uoluitur, & accidentia etiam. Quod ergo est non esse, est quod esse non habet continuum habet tamen sempiternum. Quædam enim esse perfectum habent, & sempiternū immobile, uelut dii: quædam sempiternum, sed non immobile, uelut cœlum: quædam sempiternum inæquale, uelut homo: quædam non continuum, uelut albitudo. Quid ergo est non esse quod non inuenitur? sed hoc est minus esse certe in uno quam in alio.

2 Sed cur non omnia unum & idem habent esse, ut sufficiat unus Deus? Verum uidetur unum in alio esse, uelut in ouo candidum luteumque, & in utroque elementa, & in illis materia, forma, & rursus in his candor, quãtitas, calor, proprietatesque, & multa forsitan alia que nos latent. Ut non sit hoc ipsum sine illo, nec pars eius sed productum. Si enim extenderetur quod est incorporeum fierent, multa infinita, quæ esse nequeunt. At extensionem esse necessarium erat, quamobrem alia à Deo proficisci necessarium fuit, donec ad infima ueniretur.

3 At si ab infinito ad infima descen-

dendum erat cur tam paucis gradibus, circumscribitur, hic descensus? An quoniam ubi ad corporeum uertum est iam est in ultimo esse, propterea minimum illud in multas partes diuidi non potuit. Quarendum est quot gradibus recedat ultimum a primo, nam si infinitis infinita erunt, & quod proximū erit Deo & illi atque illi semper infinitum, sin autem numerus quidam est, omnino nihil erit proximus? Existimandum est ergo non per spatia diuidi, sed quemadmodum singuli cœli æterni sunt, non tamē incorporei, ita pluribus infinitis ac perfectis constat ordo. Velut terra æterna est, sed per partes corrumpitur, cœlum rursus totum cū suis partibus æternum est, sed non incorporeum. Rursus incorporea multa æterna sunt, sed non præsentia, uerum explicatam habent ut cœlum æternitatem atque eo magis si uicissitudines quædam habent ut homines: quædam non ut Dæmones, & rursus quædam intelligunt, quædam aliquid melius: Et quædam per se alię autem ex alijs. Honorabile autē est ac gloriosum, hæc
inteli

Intelligere magis quam prouincijs præ
esse atq; iuuenem esse.

4 Dubitabit autem quispiam, si Deus
infiniteus est quomodo potest aliquid
esse imperfectum? tum maxime quod
non esse nullum illi contrarium est. De-
terminant autem quidam mortem, &
non esse ipsum, & minimum esse tan-
quam sensim delabendo potentiam, &
quam uocant Hylem seu materiam pri-
mam. Sed cur hæc materia prima? quis
eam fecit? & cur non expleri potest per-
fectione quandoquidem ipsa per se uni-
formis sit nec perfectionem recuset, ut
in humana forma? Dulce quidem sape-
re nec admirari, aut dolere debemus e-
tiam si quædam non omnino cognosce-
rentur, sufficiat enim in huiusmodi ueri-
similia dixisse. Verum, ut dixi, in quan-
titate omnia sunt, infinita uoco quanti-
tatem substantiam quæ tota una est, seu
incorporea seu corporea, tota infinita,
& in tempore: nihil enim corrumpitur,
sed omnia sunt immortalia, in ordine au-
tem est, infinitum quod omnem habet
perfectionem, nihil enim ei deficit. At

quæ ipsum consequuntur omnia infinita sunt, sed non omnia perfecta. Velut humana anima perpetua est, sed uicissitudine non caret, bouis autem etiam experta scientiæ, plantæ autem sensus, cœlum quoque corporeum, solus Deus exactè perfectus est. Ideoque stultè dubitat, qui an infinitas sit quærit? quandoquidem omnia sint infinita. Dico terram, & non solum terram, sed hanc terram quæ eadem reuertetur? & later & statua, sed non ut artificio conflantur. Hyle ergo & ipsa infinita est, sed cū sub ordine contineatur, contigit ut esset extrema entium. Diximus enim melius esse ut essent plura quam unum, & extenderetur, bonitas Dei: at plura infinita iuxta eandem rationem scilicet perfecta esse non poterant, igitur ordo necessarius erat: atque ultimum autem Hyle: Hylem ergo Deus fecit, & complet iuxta naturam infiniti, non autem in ordine, quoniam non esset ordo si omnia æqualiter perfecta essent.

5 His igitur sic se habentibus uelut astra perpetuò exoriuntur, & occidunt,
nec

nec ulla unquam esse desinūt, ita etiam animantia, & homines omnes ad unum idemq; reuertuntur. Modo hac in parte emicant, modo in illa deflecentes ad aliam cœli regionem, ut semper maneāt, non ut semper uideātur. Cum enim non esse illum sit, non potest fieri ut desinant. Philosophi non multo minus mira dicunt quam leges, ut qui nouam fieri animam in singulos dies credant: illæ mundum ex nulla materia præcedente. Sed non minus est fieri mentem quam corpus quantumuis magnum; præmitto modo quod non unam animam, sed innumeras oriri affirmant. Quod si non è nihilo sed ex materia priore fieri, affirmant, uelut ex elementis lapidis aut plantæ formam, liquet si inanimata & uelut lateris quadrata, aut rubra hoc nihil esse cum maximè prope non esse sit. Si autem substantia sit iam hoc est, quod dicimus manere, scilicet animam illam nec mutari, ut æternorum aliorum nullum. Nam neque lux solis mutatur, & si non luceat mihi, eadem enim est, prorsus & omnino immutabilis. At quanto

nobilior est, humana anima Solis luce? propterea diuinum quiddam est homo etiam præter cætera corporea, nullum tamen ut dixi interit. Ipsa uerò contemplatio atq; scientia horum, diuinū quippiam ac illustre quod nobis, in hac uita contingit maius regno ac uictorijs. Verum sensibus, & inertia demum desperatione.

6 Neq; ulli fit iniuria, nam quod futurum non est (quando quidē ut dixi corporea omnia quodāmodo infinita sunt magnitudinem, quodāmodo circumscripta mensura) non est aliquid. Non est autem non esse, non igitur iniuria fit illi: Hoc enim quod non est arbitramur autem tanquam esse possit, ut filius Platonis, solum figmentum est nostrum. Ut igitur huic nulla infertur iniuria, ita si q̄ sunt non esse possent, aut si aliqua de nouo fierent, quando quidem transitus esset ex eo quod non est ad id quod est, eisq; non fierent iniuriam inferret, et rursus quomodo ex eo quod non est, quando quidem nullum est non esse, transitus fiet ad id quod est: Est enim ac si quis diceret,

eretur, è Thebis uenio. Quod si hoc absurdum est quoniam Thebæ nullæ sunt quantumuis fuerint, & ipse iam sit, quãto absurdius est dicere quenquam fieri, aut aliquid omnino fieri, ob hoc nõ male dixit Diogenes Apolloniates antiquissimus Philolophus, nihil ex eo quod nõ sit fieri aut resolui in id, & propterea infinitos esse existimauit Mundos: quã sententiam confirmauit, trecentos uiginti ferme post annis seucippus Abdenter dicens, omnia esse infinita, & in seipsa commutari. Sed & Anaximander multo ante seucippum tamen Diogene posterior mundos astruxit infinitos. At quanto clarius Melissus cum Parmenide. Ille dicebat uniuersum hoc unum atque infinitum esse, & ob id immutabile totum atq; immobile. Quocumq; enim tempore sumpto cum infinitum sit etiam si mutari incipiat, nunquam totum permutabitur, sed minima portio mutata erit, quare melius est, totum immutabile dicere: tum præsertim quod constat celos maximam orbis partem non mutari prorsus. Sunt igitur omnia nec ullũ

est, non esse uerum. Nam non esse gram-
maticum aut asinum, aut asinum non in-
telligere, non est non esse, ad compara-
tionem enim dicuntur. Et omnia preter
Deum aliquo destituuntur, & non sunt,
sed neque quod non sunt esse possunt, ha-
bent enim esse quod habere possunt, nec
non esse dicuntur. Nec est id non esse
cum in alio sit. Homo enim non esse non
dicitur quia uita non sit, sed quod habet
totum est esse enim ad essentiam, refer-
tur. Ob id pulchrum est esse, Gaudentque
merito christiani cum oritur filius, etiam
si non superuiuat, est enim iam, ideo am-
plius non esse non potest. Quod autem
moriatur parum refert, nam resurrectu-
rus est, satis est quod compositum hoc
est. Itaque hoc ipsum prope accedit ad su-
pernaturale lumen quod ex naturali co-
gnitum est. Letamur ergo in his tanquam
e multis muneribus propositis distribu-
endis digni facti simus, ut unum accipia-
mus, tam & si danti reddere illico cogi-
mur, dignos tamen hoc munere censu-
it, nam uel omnino alias restituere o-
portet.

7 Quod idem de motu dico, neque enim moueri potest, infinitum cum nunquam ad finem sit peruenturum, natura autem finem non querit quem assequi non possit. Parmenides uero & ipse, ut habetur Primo Phisicorum, dicebat: si Mundus est: unum est, at quod unum est plura non est, Mundus igitur plura non est. At ubi plura non sunt, ibi neque motus neque mutatio est, Mūdus autem unus est: non igitur mutatur, neque mouetur. Vitiosam hanc rationem esse Aristoteles dicit: at non ita est, imō eam uitiōse redarguit in alium sensum trahēs: Qualis est hic: sub uno plura continentur, utpote sub homine Socrates, & Plato: plura quoque in eo continentur, ut altitudo corpus magnitudo, igitur multa sunt. Sed que Parmenides dicit, sub uno quidem perfecto, plura contineri non posse: Mundus autem perfectus, ut qui idem æterno tempore maneat, quare fieri non potest: ut sub uno multa continentur. Sed neque in illo, partes enim potestate sunt, quod autem potestate est, ætium non habet necessarium, partes igitur.

tur, Mundi non sunt. Videamus hoc in homine aliquo qui unus dici possit, an non unus est, quia pedes habeat, & manus ac uiscera, insuper animam, & corpus, & affectus, & accidentia: omnia tamen in unum conspirant. Et sicut idem homo manet, partes autem mutantur, illæ enim actu non habent perfectum neque esse, homo autem comparatione habet, ita Mundus esse habet corporeum perfectum, estque unus immutabilis: cetera potestate sunt mutanturque & mouentur, ut perfectionem aquirant & esse.

¶ Porro dubitatum est superius, cur si Deus infinitus est non complet, in materia perfectionem summam, uelut humanam uel aliam, si qua est melior. At ratio est quoniam uasculum etiam si à mari recipiat non potest plus capere, & palea etiam si à fulgure moueatur, non potest maiorem ictum facere, sed potius dissoluitur: ita materia non potest recipere, nisi iuxta præparationes, ut forma formæ accedat, contractis elementis. At dices cur non hæc omnia subito, ab agente infinito? Quoniam instrumen-

tum

tum non potest agere: est enim materia-
rium, & ideo uis determinata, uelut di-
xi in uasculo. Plura intelligo possunt re-
plicari sed omnibus responsio ex iisdem
parata, tum maxime ob ea quæ mox di-
cemus, nec hæc ad finem hunc.

9 Cur rursus si potestas est infinita,
non subito mouent, uita uoluntarie qui-
dem mouent, ideo non in instanti cum
etiam id repugnet. esset enim motum et
non motum atque in utroque loco simul.
At æqualitas motus potestatem decla-
rat infinitam. Quo circa nullum horum
inferiorum æqualiter diu moueri potest.
Estque signum immensi roboris æquali-
ter moueri, quando hoc solo non uelo-
citate ipsa quanquam magnitudinem si-
gnificet assimiletur, uitæ infinitam po-
testatem habentibus. Non ergo ultimam
exercent uim dum mouent uitæ, fatiga-
rentur enim. Sed ob id sic mouent quia
primo motori hac ratione placent. Est
autem primus motor, non Deus, qui-
pe Deum necesse est, ab omni compara-
tione ad corpus absolutum esse.

10 Quid ergo est quod hoc perfectum
aliud

aliud imperfectum. Quærantur asini & oves, & mures, & plantæ, non iure: nam habent esse in ordine suo, & secum coniunctam necessitatem, quia idem est, esse & quod est: est igitur ac si quis diceret, cur nunc sum? quia necessarium hoc ipsum nunc esse, atque quæ in illo cuncta. Et aqua si queratur in uasculo cur maior non sit. Cum in illo sit contingit hic error quoniam nos putamus, nosmet ipsos esse priores conditione nostra, at sumus quia conditio nostra est.

11 Queruntur ergo infelices & miseri. alij dicunt, quæ nam igitur bonis expectatio melior? cū enim potestate sint: habeantque in rerum ordine imperfectum esse, alia quidem consequuntur necessitatem constitutionis, pro quibus inane est, quem alia subsequuntur perturbations, & errores nostros de quibus etiam conqueri non licet: alia fortuitos euentus qui, & rari sunt, & ob id non magna indigent cura. Sed si modo necessaria est, in restitutione habetur. Bonis enim bonus animus, atque ideo a perturbatione alienus, & expectatio unde quaque melior,

lior, cuius extrema pars est, non esse ut illis optima, & interim uita perturbatione plena, & postmodum etiam ab obitu anxia, finge æqualem conditionem in utroque, an non duplo beatior est, uita probi? Quandoquidem æqualis est, etiam si probo omnia aduersa, improbo ex uoto succedant. Sed manet & recompenfatur. Non est autem opportunum, ut demonstratiuis sermonibus dubios admisceamus. An dubitas Syllam, & Marium cuncta ad ambitionem, & avaritiam trahentes, non fuisse infeliciores, quieto plebeio nil cogitante, & oues lupis, ille semel pereunt, raro timent: illi sepius & cruciantur, & obeunt.

¹² Quomodo autem facta sit, multitudo dubitatum est, à plerisque dicentibus, quoniam ex uno non nisi unum fieri potest. Et si ita, nonne uidemus genito circulo bifariam statim in contrarias, partes uerti posse. Si ergo sphaera seu orbis gignatur, & iuxta circulum unum moueatur, bifariam moueri poterit: atque in utroque mota duo puncta quiescent, per quæ deducto rursus circulo fi-

ent

ent duo alij motus, igit̃ ex circulo duò;
 ex sphæra quatuor motus fient. Si ergo
 corpora recta iuxta singulos motus dis
 ponantur, fient quatuor comparatione,
 ergo pluralitas oritur. Velut si ex A, fiat
 B, ex B, autem C, ex AB, D, ex C, autem
 E, ex BC, F, ex AC, G, ex ABC, H. Et
 rursus ex D, I. Et ex CD, K, ex BD,
 E, atque ita statim in tertia productio
 ne fient duodecim.

Vel sic

A
 B
 AB
 C
 BC
 AC
 ABC
 D
 CD
 BD
 AD
 ABD
 ACD
 BCD
 ABCD

B
 C
 D
 E
 F
 G
 H
 I
 K
 L
 M
 N
 O
 P
 Q

Reuertamur ergo denuo ad pri
 mum institutum scilicet, quoniam nihil
 omnino interit, quod etiam arbitratur
 Hippocrates, sed composita dissoluun
 tur, atque alia quidem in ea quæ mutari
 possunt (neq; enim nos cum illo alie
 na dicimus, à sensu sed omnes illi qui ue
 ritatem non intellexerunt) alia quæ mu
 tari non possunt, nam corpora mutan
 tur, incorporea mutari non possunt. An
 igitur par est, & melius dicere animam
 esse ex corpore, an corpus per animam
 regi. Etenim pariter in cœlo dicemus il
 lud regi, à uita non uitam è cœlo profi
 cisci: In materia enim nihil, ut dictū est,
 nobile aut perfectum, aut quod sit esse

pōteſt. Quicquid habet enim forma ha-
bet. Eſt autem forma materia licet æter-
na, ſemper in materia, ut anima uegeta-
trix. Duplicem autem habet actum per-
fectum, ut in ceruo imperfectum, ut in
cerui ſemine. Sed forma eorum quæ nō
ſemper ſunt, ſi modo talia inueniuntur,
interim neceſſe eſt, eſſe tanquā in ſemi-
ne aliquo, aliter autem eſſe non poteſt,
forma uerō partium ī toto, uelut carnis,
& oſſis ſimiliter. Quod ſi q̄s obijciat illā
generari in ſemine negamus: ſed adue-
nit animæ aut formæ, ut materia noua
adijciatur, quod ut dicemus, ſi continua-
ta eſſent nihil mirum: at eſt fallente ſen-
ſu. Mens autem in materia non eſt qua
parte ſimplex eſt, ſed iuncta tamen illi.
Vnde idem homo omnia agit, & pati-
tur. Non reminiſcitur ergo poſt mortē,
inſtrumento illo corrupto, ſed alia no-
uit. Non corrumpi autem formā liquet,
quoniam ſubiectum totum unum eſt, ī
deoq̄ una tota, & ſimplex, quæ ſi interi-
ret non maneret ſpecies. Videtur ergo
forma aut ex infinito, prodire ordine
quodā, non retrocedere ex materia que
per-

perfectiōnis est expers: quāto igitur māgis anima?

14 Anima igitur in materiam inducitur palam, sed dubium uidetur an reflectatur ex prioribus, ut dicunt, formis, an recta inducatur, quasi ex primo agente & materia, ut in pariete iris ex sole, & ut ceo aqua pleno. Atq; hæc est summa dubitationum. Etenim si anima quidem compositum, ex immortalibus, & incorporeis, dissoluitur profecto atq; ex una plures animæ fient, si autem simplex, manebit ipsa. Porro simplicem esse naturam, haud dubium est, & uidemus in nobis: quando quidem nec dissoluitur, dum corpus eadem uiuit, nec sufficit ad plura simul munia, uelut corpus: & nos experiamur, dum illam exercemus, in unum quodq; eorum quasi commutari. Sed enim si reflectatur, composita q; sit ex multis facultatibus, corporeis inuicem collisis, formamq; unam concipi entibus: ueluti caro ex elementis (quod unum tantum dici potest) fieri necesse est, ut aliquæ uires ex his corporeæ sint, atq; ita etiam intelligere: nec erit uis illa
 diuina,

diuina, sed peruertetur ordo uniuersi. Sed si corporea sit ueluti forma & à deo, omnes enim ut dixi infinitæ sunt, & ab eo proficiscuntur: quid est quod nouit. Nam in hoc differunt corporæ formæ ab incorporeis quòd non cognoscunt, quid agant sed ab alio quod cognoscit diriguntur.

15 Porro singula quæq; ob mixtionem facta sunt: sufficiebat enim mundo si mixta non fuissent, cum cœlis Terra, Aqua, & Aer. At ut essent instrumenta animarum, & media inter incorporea, & corpus oportuit mixta esse. At mixta nō poterant manere perpetuò, generationem ideo & multitudinem introducere necessarium fuit. Generatio igitur ob interitum.

16 Sūma ergo dubitationis est, quid interim à nobis: an commigrandum an manendum, postquam perpetua est uita? Et nos quidem his sordibus quibus lex nostra non satisfacit, eos enim reducere, oportet qui inutiles sunt, non retrahere bonos, ut qui nec fide nec pietate persuadent, scire cogantur, animos nos

stros esse æternos. Quæ ergo æterna sunt alia uicissitudinem patiuntur, uelut anima, alia non, uelut dii. Vitæ uero cœliorum non ex cœlis, sed cœlis præficiuntur. nihil enim nobilius, ab ignobiliori. An uerò in eadem? certe non, sed uelut astra semper in diuerso loco exoriuntur, & occidunt.

17 Interim uerò cum elementa sint, plantis alimentum, animalibus plantæ, hominibus animalia, erunt & homines alijs. Non autem dijs, nimis enim remota est, eorū natura à nostra, quapropter demonibus. Quòd si corporei sunt, uel cum corpore etiam secundum corpus, alimentum præbebunt. qui sermo communis est, in his qui demone correpti sunt. Idèq; etiam Platonici affirmant: quare in sanguine erunt, & ex eo nutrietur, scèdum, ut nobis uidetur, alimentū. Sed & nos cruenta uulnera animalium comedimus, quod Porphyrius reprehendit, & abominatur, tabes enim quædã est. Et quæ alijs abominanda uidentur, usus obtinuit ut cuperemus. At si in corporei omnino sint, spiritus est eis alimentum.

mentum. Versantur autem nobiscum, ut nos cum canibus, plus nos docentes quam nos illos. Verum tamen qui sint, quamdiu uersati cum eis non agnoscimus, sed aliquid esse intelligimus. Similitudinem autem habet, non ad alimentum, sed ad necessitatem, alimentum enim corporibus conuenit, quadatenus ergo ut puer sapienti, & dormienti dum somniat, & prouidet uigilans. At mortuis uiuentia non alimentum sunt, nec aliquid huiusmodi, non igitur Genij mortuorum animæ. Vnde Antonius Genios ab anima distinxit.

¹⁸ Ergo si incorporei sunt Demones nec quantitatem habent, nec numerum nisi iuxta nostram cogitationem. Si corporei, numerosi erunt. Videntur autem hoc magis cum uitis cœlestibus sint, inferiores. Videntur autem esse non unius modi, sed si uita plurimū inter se differunt, homines multum, & tamen longe minus, plus longè Genij inter se different. Cum uerò natura eorum nobilis sit, & ambitiosa, pauci dignantur hominum consuetudinem. Inter homines ue

ro rursus pauci natura familiares, ut canis hominibus, ipsis Genijs : multi autem tantur eorum consuetudinem, quidam prorsus abhorrent, non secus ac serpentes, & pisces ipsos homines, his de causis pauci homines genijs sunt familiares. Neque ipsi ad nos accedunt nisi, uelut pueri morituris belluis, scilicet ex his ignobiliore, ad interitum urgentes, oportet autem non carere, eos uirtio quando quidem mortales sunt (si non coelestes sunt) & corporei. At perturbationes illorum, uehementes sed exiles, & quae proxima sunt, uirtutibus quales diuitem, foelicium cum aestu animi laborant, & languent. Carent ratione, & sermone cum sint alterius generis ab homine, atque ab illo plus distent, quam quiuus homo ab ignobilissimo uerme, attamen quidam ex his a quibusdam hominibus superantur: Velut hominum quidam ueribus propiores, aut apris quam humanitati. Sed uelut omnis homo ratione tamen praecellit, cuncta animalia atque ea in parte excellentior, etiam si sit stultus, & obesi ingenij, ita Genius omnis περι
λαφ

ἀμύπτουσι, cuncta solet atq; ideò intima rerum, ut quisque eorum toti humano generi præferatur. Eadem ratione, & iuxta naturam propriam unus alius illuminat. Ergo & rebus quas norunt (facta siquidem præter cætera) & rerum originem essentiamq; tum proprietates) & modo cognoscendi mirum in modum, nos antecellunt. Discere tamen contingit quod cœlestes non sunt. Atq; hæc est opinio, Stoicorum demonstratis prior quam cæteræ Philosophorum aliorum.

19 Natura uerò nostra dum à corpore anima aliquanto abscedit, seu per somnum matutinum, seu per ecstasim, seu dum morti appropinquat tum uerò, & per abstinentiam, & uanitatem perurbationum, et etiam per uigiliam commotis imaginibus, sensilibus spectra uidet, & futura cognoscit, & admiranda contemplatur, & à demonibus adiuuatur, qui per figuras, & ænigmata docet, quoniam non est, ut dixi, sermo idē nec reliqua p quæ scimus. Indicio est quòd plura, & mirabilia circa hæc contingūt,

& his qui fama maximè noti sùnt, nam alijs utiq; contingerèt, si ex naturalibus causis ortum haberent, natura enim æqua est, puerosq; uidemus mendicantium nulla ex parte regum filijs dissimiles.

20 Prudentia uerò quippiam est in nobis ex mente, & sensibili parte, interiore conflata, nec belluis que mente carèt, nec Dijs qui sensibus, communis: uocaturq; intellectus Practicus. Itaq; qui eo ualent opinionem habent, non autem scientiam. Et opiniois alia est uera alia falsa, ergo in scientijs turpe est, inniti opinioni, ut ait Hippocrates. Quamobrem nemo ob sensus, & materiam immunis est à peccato, & errore: tum maximè tam longè à diuinis recedentibus. Etenim liquet hominem primum esse in ordine intelligentium.

21 Quæ autem extra cælum est si nil: nil est, & non esse: at hoc demonstratum est, esse non posse. Si incorporea quid illa, nam uacuum esse uidetur, nec par est, secundum continuitatem incorporea corporibus iungi, quæ nihil addunt:

adiectio autem auget si corpora mobilia, cœlum infinitum erit, & infinita mouebitur uelocitate. Sin autem immobilia, frustra erunt, corpora enim frustra sunt, quæ quiescunt. Hæc autem difficillima quæstionum. At quodcunq; ponatur hoc quod est, penè nihil erit, si reliquum est infinitum, nisi numero rem augeamus, ut mundos infinitos existimemus, quemadmodum Apolloniatæ, Diogenes primus, post Epicurus, & medius (Alexandri ætate ob quem ingemuit, quod nec unius esset dominus) Anaxarchus, ex authoritatæ Democriti præceptoris sui. (Nam quod origenes per successionem constituerit, infinitos in *περὶ ἀρχῶν* tam absurdum quam non necessarium ideoq; falsum) ut equidem in magna rerū claritate, scilicet eius quod est, semperq; fuerit, uelut oculis bubonum, & noctuarum hallucinemur. Itaque infinitum est, in quo est, non autem spatium ullum, siquidem, ut dixi, nullū est quod sit, non esse, uel inane, uel huiusmodi, quoniam hæc non sunt. Atque ea est causa, ut potius tota orbis machi-

na dissoluatur quàm ut inane sit, aut admittatur: non ob rationes Aristotelis, sed hanc ob ipsam, quod admitterentur infinita absurda que omnia, supra explicata sunt. Non ergo est, in spatio mundus, sed in mundo spatium, factum autem esse mundum, & si æternum, palam est. Et si enim aliquando factus esset, æternum est, in quouis instanti: ideo semper fit, ut uestigium pedis in arena à pede qui sit in illa.

22 Aequauit autē sic omnia: in mortalibus, ut quantum cognoscerent, dolerent ac lætarentur: limarum parum lætatur parum etiam dolet homo contra. Parç ratio etiam singulorum, in eadem specie. Et longa ut consueta minus afficiunt in utroq;. Immortalia ut quantum essent, beata tantum communicarent, inferioribus. Que Lex ab ipso Deo proficiscitur. Mortalia immortalibus, ut in nobis ex uicissitudine uoluptas geminaretur. Vnde immortalibus nulla nouitas, & perpetua securitas, ut omnis doloris est expers, ita hoc ipso minus iucunda quod reditum, ex dolore non sentit.

Sed

Sed hoc tamen ad imperfectionem pertinet: nam hæc uoluptas ut maxima est, ita sordida. Sic felicissimi uiri æquata iucunditas paruo tempore cum æterna uilitatæ uite. Aliarum autem nulla est comparatio, sed sunt sublimes.

23 Queritur à quibusdam, cur Deo contigerit ut esset primus, perfectus, & hoc demonstrato cur Deum esse contigerit. Sed frustra, nam ipsi necessitati conuenit, ut sola esset perfecta, & absoluta, & esse ipsum, & infinitum, & primum, & optimum. Nam si oportuit talem esse, non si per necessitatem, ipsa ergo necessitas prima omnium, & absoluta, quapropter hæc est ipse Deus. Non ergo Deus est infinitus, aut necessitas, aut primum, & principale, sed necessitas principalis, & prima, & absoluta, ac reliqua est, quam Deum appellamus. At dicis cur huic conuenit, ut esset necessitas Deū ostendēdo: si modo ostendi potest. Dico hoc est, quærere cur hæc necessitas, que necessitas ipsa est, (oportet enim esse ex ipsa rerum constitutione neque ipsa necessitas) sit necessitas: hoc
 h h h s autem

autem cum in alijs sit per absurdum, ut
 cur ueritas, aut albitudo sint ueritas, aut
 albitudo, quanto magis de necessitate,
 ipsa quæ est esse ipsum, & omnia com-
 plectitur. Hæc enim questio est, quoni-
 am falsa mentis ratione imaginamur a-
 liquid aliud esse, præter necessitatem, at
 non est, sed ipsa necessitas omnia com-
 plectitur.

24 Ea uerò, ut habet potestatem, & sa-
 pientiam, & amorem, legem indixit, in
 omnibus quæ ab ipsa producuntur, ip-
 se uerò est, ipsa lex ut simile sibi generet.
 Pater quidem in hoc subministrat pote-
 statem, filius scientiam similitudinis, a-
 mor autem delectationem, & hæc est o-
 peratio, ideò operatio omnis propter
 formam, non autem forma (miror de A-
 ristotele) propter operationem.

25 Apparet igitur quomodo rectè di-
 ctum est, à Philosophis, & Theologis,
 Deum cuncta esse. Et rursus, duos esse fi-
 nes producendi formas. (Quod cum la-
 tuerit Aristotelem causa fuit, maximo-
 rum errorum) unum, ut causa seu forma
 prior opus ipsum absolueret, in quo, ut
 dixi,

dixi, est summa delectatio. Non enim in
 eo quod producit, quia non cognos-
 cit, sed in eo producit, cum quo est cog-
 nitio, uoluptas est. Atque finem alterum
 formæ scilicet operationem esse, ut ipsa
 delectetur. Sic ut comparatio ad prio-
 rem formam sit, ut delectet, ut ad poste-
 riorem, ut delectetur. ideo parentes ne-
 cessario diligunt filios, filij non nisi ex le-
 ge proposita parentes. Patet etiã quod
 maximè naturale est cunctis generare si-
 bi simile. Adeo ut nitrum etiam generet
 nitrum, & plumbum plumbum. Omni-
 bus præterea rebus inesse delectatio-
 nem, quanquam in terra obscurissi-
 mam.

26 Ultima ergo operationum quæ in
 imperfectissimis etiam est, est sibi simile
 generare, ob id quoniam actu non pos-
 sunt, ab initio, potestate generant, ut se-
 men quod & in plantam, aut hominem
 euadit, quædã non perficiuntur ut mus-
 carum forsan uermis, nam hos pariunt.
 hoc autem non aliud est, quam extre-
 mæ imperfectionis argumentum. Qui-
 dam tamen perficiuntur. Sed quid tunc
 mirum

mirum est, cum plus semen ab homine differat, quam à musca uermis. Eadem autem ratione delectatio maxima in uenere, omnis enim operatio huiusmodi, & propter opus, & propter operantis uoluptatem. Tria ergo cum sint in homine, corporea forma, & uoluptas est, si bi simile generare, sensus sentire, intellectus intelligere. Hæ autem operationes sunt, ob formas, uelut uideri, ut oculis delectetur: oculus autem propter animal.

27 Formæ quoque aliæ incorporeæ, ueluti Deus, aliæ ad corpora æterna, uelut uitæ, alię ad mortalia, uelut animæ, alię corporæ, uelut carnis mortui animalis forma omnium, ut dixi, communis est propagatio. Incorporeæ generant, perfectissimum ideoque simillimum actu: uitæ uerò cælos potestate similes, actu autem idem efficientes longè melius, atque exquisitius quam anima cum corpore, siquidem ambo immortalia, & simplicia, at hic unum immortale, & simplex, alterum compositum mixtumque ac mortale. Animæ autem à uitis, formæ uerò
mate:

materię generat primum potestate simili, inde actum perficiunt. Commune est autem omnibus quę sunt in materia, ut animabus, & formis corporeis, quoniam exui materia timent, ut quarant propagationem in illa bifariam, & tuendo eam quam possident, & aliam occupando. Atq; hic mos est ingenitus cunctis secundum naturam, equus & uermis tuentur se, & alios generare appetunt, & generando delectantur quia forma utraq; incorporea corporeaq; extendi maximè appetunt, quod in se constrictę sint.

28 Esse autem in singulis utraq; clarum est, nam uel una est, tantum uel duplure suę, & si duę aut ambę, incorporea uel ambę corporea, uel una corporea altera incorporea. Duas incorporeas nullam corpoream dicere absurdum sensu repugnante, duabus corporeis ratio: nam uidemus cum una forma inducitur, aliam interire, eodẽ modo, & quãtitate qua illa inducitur. At non esse uenam formam carnis, & animę qua uiuit ostendit experimentum, quod arbo
re

re mortua lignū perinde manet, ut diu dubitemus an etiam uiuat. Vna igitur est, forma corporea altera incorporea.

29 Quo circa dubitandum, cum sensus anima in homine atq; intellectus ad sint simul, an una eademq; sint? Aristoteles uariē locutus est, ut qui demonstrationem huius non haberet. Videtur autem una esse cum illo, non autem antecedere, nam cum illo deteguntur facultates non adueniunt: id ei contigit, ut Platoni aduersaretur. Optimē enim ille censuit, corpora esse propter animas, non ex illis. Experimur enim nostram simplicitatem, nec aliud esse multiplex, in nobis præter corpus. Hoc autē quod intelligit, ut dixi, unum est, & omnia.

30 Cuius ergo causa homines & non magis cognitionis Deorum, quam rustici cognitionis regum; at multo plus dii præstant hominibus, quàm reges rusticis. Neq; ut hæc inferiora regāt: cum destruant, omnia potius quam seruent, pauca ē multis, ut boues, sues & gallinas educant, sed quam miserabili illorum animalium sorte, ut melius esset a-
greſtia

gressia omnia esse. Finis ergo est perfectio agentis, ut dictum est. Hominis autem animæ, ut in materia explicetur, & plura regat, & pluribus imperet. Eius autem causa tres illi operationes, totidēque voluptatum genera concessa, sibi simile generare, percipere, intelligere. Ut etiam ad principium regrederetur.

31 Sed an animalia hominis gratia? idem est querere, an anates aquilarum? & ijs enim ille uescuntur. Non, sed id accidit, ut quemadmodum uite, uitis subijciuntur, ita corpora harum animarum illis animalibus. Neque enim ullum animal certo genere solum uescitur. Ex genere enim alimenti, uiliorum animalium corpora, sunt nobiliorum, propter que illa persequuntur: non ergo anima equi propter hominem, sed corpus, & illius opera.

32 Ut igitur esse possent ac diu manere, unaquaque anima sibi fabricauit corpus, instrumenta, & functiones instrumentis, & corpori necessarias, & materiam ex qua aleretur præsupposuit, cum ut dixi, omnem numerum perfectionis,

in illa absoluisset, numeris certis quibus si species distinguendo. Verè autem continua serie à summo ad infimum, ob latitudinem temperamenti atque perfectionis.

33 Quorsum ergo materiae hae: ut animae explicarentur, & delectarentur, proprijs operationibus quas praeter corpora non habent, quoniam operatio maior est, quam facultas, & obiectum etiam circa corpora uersatur: uelut uidere, quatenus est cognoscere corporae formae, conuenire non potuit, quatenus ad accidens, & superficialia non poterit, esse solius animae. Vinculum autem animae cum corpore uita est, mortalium. Et uitae quidem diuersae sunt, ob materiae primae diuersitatem ad quam fit animae comparatio quam adiuuat, uarietas formarum corporearum, & accidentium, & temporis, & parentum atque similibus.

34 Formae autem materiariae extenduntur, iuxta materiam, ideo diuiduae. Animae uero omnes indiuiduae, sed alia ratione. Vegetatrix, inquam, quoniam in salice, & surculo qui satus est, plantae magnae

gnæ satisfacit extensa: Diuidi tamen potest, & seorsum uitam diu producere. In restudine autem anguilla, & uerme quadraginta quatuor pedum alia ratione, & cum illa, & inter se diuidua est, super uiuunt enim diuisa, sed non generare possunt. Sic & lacertæ, caudæ præcisa sentit, si pungatur. Extendunt ergo sed sine quantitate esse dicunt, quia nullam sibi definiunt. Humana uerò tum quia in solo corde est tum quia, ut dixi, menti eadem. In solo corde est quoniam semper mouetur, ut cælum, quapropter & hominum sensus alterius sunt, generis quam cuiusuis animalis. Indiuidua ergo est mens, ut & uitæ. At uitæ in toto orbe sunt, nec quantitatis expertes, nec numeri, nam mouent, igitur uis sola, aut essentia: si sola uis unum non est, quod mouetur, si in una parte esset, ut in humano corpore pars mouens, & mota. Recedit autem à corde cum mouere non potest: mouit autem calore, calor autem à spiritu, quo deficiente se ipsam colligit. An uerò uehiculum ei coniunctum

sit, inquirere forsā nō est necessarium.
 Sed reuertor ad formam. Et dico quōd
 forma ligni, acquiritur secundum mā-
 gnitudinem pars ante partē, non tā-
 men incerta parte fit augmentum, sed
 forma illa extenditur, maiorē occupans
 materiam. Non sic cum paries dealba-
 tur, aut ferrum ignitur: nam pars ab uno
 latere prius dealbatur, aut ignitur. Ve-
 runtamen quia in corruptione etiam
 uiuentis plantæ, aut animalis pars ante
 partem corrumpitur, non est dicēdum,
 que admodum de anima, quōd sit indi-
 uida, ad illū sensum. Sed dices, si pars
 plantę uiuentis desinat, per ignem accē-
 sa esse animata, quamuis tota planta re-
 liqua sit animata, nonne anima illa cor-
 rumpetur pro parte? Quia si incisione,
 non contrahitur, ad reliquam partem, igitur
 non habet hanc uim, quare nec in
 alijs, utpote exustione, corrumpetur igitur
 anima. Hic igitur duo sunt, obser-
 uanda ne in errorē incidamus: Primum
 quōd posset euanescere, & non corrupi,
 ut etiā elementa, sed illa postmodum
 corrumpuntur, quia ea natura sunt: non
 ita

ita anima uegetatrix quę est, uehiculū
 cœleste. Aliud quòd posset aliquis dice
 re: illam animam esse extra plantam, sed
 uitam solam cum facultatibus, & functi
 onibus ibi esse, quòd cū de animalibus
 defendi possit: quantomagis de anima
 plantarum. Vt anima sit sicut Sol, &
 quod est in plantis, ut eius lumen. At
 non sic de homine cum cognoscāt, se es
 se qui cognoscāt. ideo principium illud
 est in ipso. Et si opponatur, quod etiam
 in illo potest corrumpi brachij sensus, et
 uita, & substantia, dico, ut supra, quòd il
 lius anima est, in corde: ideo nulla pars
 eius potest, nec corrumpi quia immor
 talis: nec abigi, aut separari quia tota dis
 cedit, & ita erit indiuidua.

35 Quid igitur tandem homini post
 mortem an unus an multi: cum ut dixi,
 anima partim indiuidua sit, partim diui
 dua, atq; alia ratione, ut in plantis. nunc
 autem de humana sola quęstio est, cum
 sit natura media, & extensa partim una
 est, partim numero diuisa. refertur enim
 ad unum principium, sed est propria cu
 iusq; etiam natura. Verum ut forma est,

appetit coniungi corpori, ut expleat aliarum facultatum quam intellectus opera. Ibi enim intelligit, & perfectius sed non tot quot hic, nā sensilia per sensum cognita etiam intelligit, uelut rationes colorum, & musicæ rationem. Ibi uerò alterius longè excellentioris.

30 Concludo igitur quod nil interit: Nam non cœlestia quæ etiam mutatione carent, nec mortalia cum materiæ, & formæ maneant. Tamen si enim caro ceteri uicini corrumpi uideatur: post illius mortem, dupliciter nos fallit sensus: Nā existimamus eam separatam esse, à carne aliorum ceruorum cum una sit, sed locus partes diuidit. Quod si in ceruo uno caro cruris pereat, non dicimus formam, carnis in ceruo perisse, nam de tota perspicuum est: de parte autem quod uerisimilius uidetur, neque id, quoniam ab initio tota in uno quasi puncto concreta fuerat, & tamen tum nil perisse poteramus suspicari. Extensa ergo non acta, & nūc contracta non corrupta pars illa. Sic etiam fallimur cum carnem mortui nuper cerui carnem esse putamus.

Quam

Quamuis enim sensu parum differat, à
 priore, intelligimus tamen magnum ef-
 se discrimen, quod non sentit nec nutri-
 tur, ut illa. Non corrumpitur ergo for-
 ma, sed manet cum materia nobilior sit
 quæ manet, & æterna est, sed in poten-
 tia, forma uerò in actu etiam. Solum eo
 priuatur actu quem habet, ad materiam
 hanc. Hæc quæ est cõpositi corruptio quo-
 niam perfectum esse non habet. Sed
 nec illud corrumpitur, sed desinit in po-
 tentiam quæ similis est, actui quem com-
 positum habebat. Cum enim ego inte-
 riero, remanebo actu in forma humana
 potestate in hac materia, quæ cū iterum
 iungentur, idem ero. Neque enim infiniti
 possunt esse homines, sed infiniti eorū
 circuitus. Per absurdum enim est, in ma-
 teria finem habente, uelle substantiam
 temporis beneficiò, in infinitum auge-
 re, atque extendere. Verum eadem manet
 & circuitu, quemadmodum cœlum di-
 es noctesque, est enim accidens repetitur
 infinito. Sed seu uita sit in nobis, & cor-
 rumpatur, animus autem extra, ut lux,
 seu intra, & uelut lumen solis, omnino

nihil quod est corrumpitur, sed ipsa in quibus sunt. Caro autem mortua non est, aliquid præter elementa, non enim ullas habet vires actiuas præterquam elementorum, passiuas autem plures, unde medicina. Itaque corrumpitur quia esse nullum habet, sed solam mixtionem.

37 At intelligo quæ mihi obijci possint. Primum quod uideamus sensim generari multa, ut puerum in utero, aut ergo generatur ex semine, aut semen iam genitum. Nam in sterilibus, non generatur, igitur generatio est. Præterea aut moriendo corrumpitur forma: & sic habetur intentum, aut manetur. Si igitur manet nec est materia, est separata & materiaria quod esse non potest. Si profus materiaria nihil ex nobis superest à morte, & redimus ad Auerrois opinionem. Rursus operationes sensim desinunt numero, & robore antequam corrumpantur, igitur animæ substantia paulatim absumitur, & corrumpitur tota denique. Est etiam mutatio in qualitate, quantitate ac loco, igitur etiam in substantia, igitur corruptio. Quæ etiam relinquuntur propria-

prietates ab animæ separatione, ut rhabarbaro, & Peonia non sunt, ex sola mixtione, cum multa alia calidiora, sicciora, tenuiora neque appensa comitalem morbum prohibeant, neque epota bilem expurgent. Demum potentia est, in materia ad omnes formas, sed superueniente agente uniuersali scilicet, calore solis. non est necessaria tertia causa, quia essent duæ in eodem ordine, igitur anima nulla præest. Ad hæc dico quod semen generatur, non aliquid ex semine. Vel dic quod tam semen quam animal habet animam extra, & uitam in se, & est substantia alia à misto ex elementis per animam illi coniunctam medio uitæ. Ad aliud dico quod forma in animalibus est, in materia omnium, & ideo non intelligunt quid agant quoniam obruitur ab illa: in homine autem est separata etiam dum uiuit, & multo magis post mortem. Et est eius operatio sicut de semetipso considerantis dum uiuit. Ad id de operationibus desinunt sensim ratione instrumenti, non substantiæ animæ, quod patet in his qui à morbis resurgunt in quibus to

ta operatio quasi statim restituitur, & memoriae praecipue, potius quasi subducto uelamine quam restituta. De mutatione est in illis quae in accidentibus, quae, ut dixi, non habent esse perfectum. De proprietatibus sunt, mistorum sub eadem non solum elementorum, & quantitatum mensura sed etiam fractura. Et haec est causa quod multa alia temperamento eidem proxima sunt, expertia harum uirium. Et hoc demonstrauimus in libro de uenenis. Habent enim antipathiam, ut per calorem naturalem ad actum deducuntur. Haec enim duo ab animae separatione supersunt, & ad illam introducendam seu uitam potius sunt necessaria, tum calor, sed ille semper cum uita perit. Et quanquam perit etiam mensura tum elementorum tum fracturae, hoc tamen non est, necessarium. Ad id de potentia dico non sufficere quia oportet primo, ut adsit agens proprium: non enim mulier, & sol generant hominem, sed necessarium est agens etiam proprium. Proponamus ergo mentem Peripateticorum quae est, quod uis solis praepararet materiam,

am & inducat animam quia omnes illę
 formę sunt, in anima solis. Et generetur
 mus ex putredine quia in talibus est, ma-
 gis manifestum. Et postquam non est
 aliquid agens proprium, oportet ut ac-
 cidens scilicet calor solis sit causa substã-
 tię scilicet animę illius. Et anima solis
 illa uilescit continens formam muris, &
 scarabei. Et etiam quomodo erit una in
 specie si mus, & scarabeus sunt diuersę
 species. Pręterea intendet primum que
 sunt ad finem ante finem ipsum, scilicet
 membra opportuna operationibus ani-
 mę que nondum genita est. At quanto
 remotior est ab omni absurditate no-
 stra, & facilis demõstratio: quia animę il-
 lę omnes sunt, per ordinem constitutę
 in mundo incorporeo cum suis opera-
 tionibus, & licet careant semine, sunt ta-
 men in actu, & cum occurrit materia in-
 donea uni illarum, format auxilio calo-
 ris solis qui materiam disponit, ut recipi-
 at formam animę, uelut figulus per ig-
 nem componit, materiam myrahini ua-
 sis ex pluribus materijs componendo,
 attenuando, miscendo, qualitates fran-
 gendo

gendo. ut possit recipere formam ualis
ita illa fabricat membra siti idonea ad o-
perationes, quia est in actu perfecto in
alijs partibus materiæ, & sempe eas exer-
cet: hic uerò est in actu imperfecto ad ultimas
sed tamē per uitā cōiuncta operationes
Et Aristoteles non reliquit istam opini-
onem nisi, ut contradiceret Platoni, spe-
rans uulgum sibi assensurum, quoniam
est magis secundum sensum. Sed ut di-
xi, sensus decipitur in huiusmodi.

38 At opus suum quod, ut dixi, om-
nibus commune est, scilicet generare si-
bi simile corpori iuncta facit. Et ut ami-
cus amicum, aliam ad corpus animam
trahit. Separatu uerò contristatur, ut ter-
ra extra locum proprium. Ita nature hæ
medix, & ad corpus pronæ nec ut sepa-
rata, simile perfectione producere pos-
sunt: nec ut uitę alterius generis animas
ad materiam ponas: nec ut cum sunt ma-
teriæ coniunctæ totam quiddam simi-
le: sed uelut eunuchi inani desiderio in-
terim torquentur. cum uero redeunt, e-
undem producunt hominem uerè ac
magis si eidē materię iunguntur. Quod
si si

si similibus cum reliquis etiam omnino per similem. Hæc igitur quæ de anima post mortem dicta sunt, minimum sunt eorum quæ dici possunt. Videtur autem genij id efficere, ut ulterius multa esse credamus. De quibus haud dubito, sed de his abunde in Theonosto.

39 Demiror satis hominum pertinaciam atq; stultitiam qui partim falsæ Philosophiæ principijs imbuti nihil de rerum origine cogitant, partim religionem simulant. Epicuream uitam uiuunt, existimant quæ id summum esse humanæ uitæ commodum perpetuis delitijs frui. Quamquam nec in hoc quem profitentur, sequantur. miserima enim est, uita uelle omnes haurire pompas, ludos, iocos, deniq; tam priuatis quam publicis impleri uoluptatibus. cum primum idem tempus non possit seruire duobus: deinde corpus eneruetur, tempus ita disfluat ut non sentiatur mors quæ ortui est coniecta. Et quæ nam uoluptas esse potest ubi nullus est, fructus operæ: nec adest desiderium, & indigentia, sed quasi nausea affluentium uoluptatum. At contra si
quis

quis secundum uirtutem uiuat, studijs sapientiae incumbat, & cogitet qualis sit deductus origine, incolumi cum uita longius beateque uiuet: nec fortunae inconstantis casibus subiicietur, & immensam sentiet uoluptatem, quippe incorporea, & diuina non quemadmodum mortales illecebre obtundunt sensus, et implent uasculum animae. Ergo mortales resipiscite, & breuitatem huius uitae cogitantes originem uestram quaerite. Deum, uirtutem, sapientiam colite atque amate, mementote aeternae uestrae originis perpetuaeque uitae. Nam nec moriendo desinimus nec uiuendo sumus praestantiores, sed ex pleniore uita in nitidiorum quasi reuiuiscimus. Etrursus ex quietiore in turbulentam exercitacionem commigantes laetum bonis nuncium, improbis autem suspitione plenum referunt.

40 Caeterum finis ille alius est, ut tot sensilium cognitio pulchra in quibusdum gnoscentis incorporearum mentium uilesceret operatio non interiret, uelut calidi, frigidi, sicci, humidii, duri, mollis, grauis,

ais, leuis, asperi, lenis. Saporum quoque
 atque odorum, tum harmoniæ ad simi-
 litudinem cœlestis tripudij cōstitutę. tū
 uerò calorum, atque lucis pulchritudinif-
 quę cœli, uariarumque formarum, nemō-
 rum, syluarum, pratorum, totque planta-
 rum, & animalium quadrupedum, auī-
 um, piscium, serpentium, artificiorumque
 præcipue, domuum, urbium, humano-
 rum ornamentorum, simulque uolupta-
 tum quę ex his percipiuntur, quas tanti
 referunt mortales, nec non cogitationū,
 rationumque, nostrarum, atque eorum quę
 imaginamur quęque intelligimus aut fin-
 gimus: uelut numerorum, & passionū,
 magnitudinum, ut de his ad mentes re-
 ferretur cognoscerenturque simul actio-
 nes nostrę per cognitionem eorum a
 quibus procedunt. Nec necesse fuit in
 numero seorsum destinguerentur ani-
 mę nostrę, sicut neque digitineque cœli
 partes nam infinitę essent, quia maius
 atque minus accipere licet ac diuidere:
 quanquam una non sit alia, & quodam
 modo suum esse habeant, sed in unum
 omnes conueniunt.

Nec

Nec mirari oportet si de his absolutam omnino cognitionem habere non possimus, quando quidem non solum in his sed etiam in corporeis immortalibus multa sint nobis dubia, aut non perfecte cognita: cometarū uisio, lunæ tum maculatū umbra, unde deliquit. debuerāt enim quæ necessarium habent esse ab ipsa necessitate quæ, ut dixi, infinita est non relinqui aliqua ex parte. Similiter & superficies indiuiduæ quæ unam efficiunt superficiem, quomodo in diuersa moueri possunt? Et si unum actu sunt, potentia uerò plures quomodo diuersis motibus actu agi possunt? Et substantia ipsa cœlorum quæ multo tenuior aëre esse uidetur adeo concrefcere, ut sy-
 dus solarem lucem, uelut speculum eam integrè reflectat, deniq; in quo reuoluitur extrema illa ultimi orbis superficies? Hæc atq; talia huiusmodi. Sed quid mirum de his cum etiam in mortalibus quædam non sint abunde perspicua, uelut illud: cur herculeus lapis ad orientem deflectat à boreali polo, ferrū quod eo intingitur nouē partibus, idest quadragesima

gesima parte totius orbis. Sed hoc forsitan immortalibus proximum. At uerò de anima dubitatio maior erat, ne non corporea censeatur, quam eo nobilior sit quo magis una, nobilissima humana, & elephantis. inde adium quarū colla aliquādiu abscisa uiuunt, & anguilla, & Polypus terrestris cuius partes in diuersa mouentur, & salicis. nam cū nobiliores maiore in unum consensu sint, corporeæ esse uidētur, & ex corporum facultatibus conflata: quæ quanto magis in unum consenserint præstantiores euadant, iuxta quinque ordines dictos. Forsan uelut lux quāquam immortalis, ut densior eo ualidior. Aut quod uerisimilius est hoc ex recipientis natura accidit, ut in corporibus his spargatur, in illis colligatur: uelut in cauis speculis. Ac hoc ipsum argumentum est, immortalitatis eius, quanquam appareat quod extrahit, adeo rem paruum esse immortalitatem, & exiguam illius speciem concessam his quæ cognoscuntur, uelut cœlū, lux atq; animæ, omnium enim una ratio.

Hieronymi Cardani Hyperchen, Finis.

HIE

HIERONYMI CAR
DANI MEDIOLANENSIS
ciuisq; Bononiensis, Medici,
De Socratis studio.



I unquam ulla in causa con-
 tradici mihi atque accusari
 mortalesq; uniuersos ne in
 me concitarem metuere de-
 bui, nunc sane metuendum
 esse intelligo. Ut qui hominē infontem,
 infelicem, miserum, iā penē diobus ab
 hinc annorum millibus extinctum, sin-
 gulari uirtute preditum, Philosophiæ
 auctorem, tot sapientum magistrum, o-
 mnium scriptorum iudicio celebratum,
 collaudatum à Deo, atq; ab eodem uin-
 dicatum publica peste, ab infamibus ui-
 ris acusatam, à iudicibus iratis ac peiera-
 tibus iniuste damnatum, iterum occide-
 re tentauerim. Factum stultum contra
 umbras luctari, crudele & inhumanum
 toties sæuire in miserum, impium deni-
 que pro tot meritis talē illi gratiam red-
 dere.

dere. Quod si in irritum res cedat, cui bono hic labor cum maxima infamia coniunctus? Sin hæc legent multi, & approbabunt, quis nã iam locus bonis? quod genus uitæ, quæ uirtus tuta esse poterit cum Socratem tanquam pessimum uirum habituri sint mortales: Neronẽ uerò ut optimum principem collaudaturi? Hæc enim sunt artium immoderate quædam ostentationes ac delusiones, præstigiæq; potius quàm orationes quibus fidem adhibere conueniat. Illud etiam admiratione dignum est omnino. Quod unum hominem atq; eum si non optimũ saltem bonũ tot sæculis iã mortuum persequi totis uiribus studeam, in eum omnem dicendi uim, omnia tela intendam, quorsum ista? At non tam absurda est hæc ut credunt pleriq; , aut inuutilis accusatio: nam non tantum Socrates in hoc iudicio concidet, sed cum eo omnes fucati uiri, omnes imperiti doctores, omnes uanæ sapientiæ professores, omnes simulatores cum hoc uno euentur. Et qui quod optimum est omnibus bonis uiris aut eruditis aduersant.

An non hoc egregium lucrum est mundum uniuersum à tot erroribus liberare bonos euehere, & sapientes, prauos, & imperitos opprimere? studiosos disciplinarum accendere, & alacres reddere? ipsas artes atq; scientias in usum reducere? splendorem uitæ mortalibus, famam, beatitudinem, atq; diuinorum consuetudinem adijcere? Qamobrem ualeat Socrates quem mortuum non occidimus, sed homines à falsa de illo opinione merito liberare cupimus. An propter Greculum unum, ambitiosum atq; mendacem decet, nos in perpetuis erroribus uiuere? summam fœlicitatem huius non solum sed futuræ uitæ amittere? Homo fuit, errare potuit, hoc satis est. Homo fuit, fallere consuevit, hoc etiam satis est. Homo fuit, Græcus leuis, inconstans, ambitiosus, mendax, & hoc satis esse debet. Si meritò accuso, cur est quod reprehendar? si immeritò, nullam pœnam neque Talionis neq; maioreꝝ recuso. Non ego Socratem in iudicium uoco, non famæ detraho, nam si probus fuit hæc irrita accusatio illius famam augebit, si im-

probus,

probus, non est illius ulla gloria, sed in
 aeternis gloria, nec queri quisquam debet a
 alieno spoliari. Probatus fuit Dei iudi-
 cio, de hoc uidebimus. Nemo ante me
 illum damnauit: imò nemo sapiens, ne-
 mo probus illum approbavit. Aristote-
 les eum irrisorem, & ambitiosum uocat.
 At is uerè sapiens fuit, Atheneus graui-
 ter dānat, Theophrastus, Plotinus, Pto-
 lemæus cæteriq; uerè sapiētes illum nō
 laudauere, aut quicumq; laudauere sen-
 tentias potius quam hominem lauda-
 runt. Itaq; iam omnia ex causā merito
 pendent, si bonus fuit Socrates, si sancta
 philosophiæ suæ præcepta. Ego damna-
 ri debeo, & criminis reus sum. si malus,
 si mortalium generi inutilis, non uideo
 cur mihi mortales gratias atq; etiam ma-
 gnas habere non debeant. Sed iam cau-
 sas necessitatis aperiam, inde accusatio-
 nis capita. De hortatur Socrates morta-
 les ab omnium disciplinarum studio, a-
 uertitq; nos ab optimo opere: ille idem
 suadet, ut morali disciplinæ incumba-
 mus, hoc inane, nam uoluntate potius
 quam scientia optimus quisq; euadit.

Necessè est igitur aut nos deserere disci-
 plinas, aut Socratem. quod nam iustius
 sit omnium iudicio qui uel homines se
 esse norint relinquo. Capita autem ac-
 cusationis hæc sunt: Socratem mortali-
 um generi plurimum his documentis,
 atq; exemplis obfuisse. Socratem calli-
 de, non simpliciter homines à studijs li-
 beralium artium dehortatum fuisse. So-
 cratis uitam non pro exemplo habenda-
 dam, sed plenam inani gloria, uanis con-
 certationibus, actionibus inutilibus. So-
 cratem omnibus oruditis bellum inter-
 necinum indixisse. Socratis imitatores,
 & discipulos qui in Republica uersati
 sunt, pessimos euasisse. Nec si omnino
 iuste damnandus est Socrates, ob id iu-
 ste accusatum dico, neq; etiam iuste dā-
 natum. Potuit enim alius esse animus
 postquam & demon seu Deus inquit il-
 li, fauisse uisus est. Ut uerò iustissimè dā-
 natus fuerit, neq; tamen iustam ob cau-
 sam, cum neque filios corrumperet alie-
 nos, dicens sibi magis quam patribus
 auscultandum, neq; quòd deos alios in-
 traduceret. Hoc enim etsi fecisset, iuste
 fecisset,

fecisset, cum tamen non fecerit, neq; impium est, si quis medico pro salute magis quam patri, & exercitus duci pro bello gerendo erectat. Quod etsi damnatio iusta fuisset, & iustas habuisset causas, non tamen ob id iuste ab illis accusabatur. quos constabat scelestos fuisse, et eum quanto melior extitisset tanto acrius fuisse insectaturos. Imò ob id illum acularunt quòd optimum esse existimarent, sic ille commento suo perijt.

Primum igitur id demonstrandum arbitror non esse mendacium utile hominibus neq; decorum. Cū enim tres sint Mundi: infimus animalium & stirpium, expertium doli atq; mendacij: uiuunt enim lege nature, & supremus beatarum substantiarum que in ipsa, ueritate colucent, solus hic medius uanitatis ac falsitatis sedes est. A quo si mendacium auferre liceret magnam cum supremo mūdo similitudinem haberet, nam & sapientia, & intelligentia, & ordo, & Deorum cultus, & amor immortalitatis, multaq; alia ad similitudinem utriusq; mundi immortalis, scilicet corporei, atque in

corporei in hoc splendent. Verum à mē
 dacio, & falsitate coinquinatur, & foeda
 tur. Quid enim primum est iniustitia
 quàm mendaciū ramus? Peierant iudi-
 ces, & quod uni debetur alteri ad iudi-
 catur. Deceptiones omnes, insidiæ, in-
 gratitudo, immerita, & præcepta præ-
 mia omnia partes sunt, falsitatis atq; mē-
 daci. Ille cum sit imperitus, periti opi-
 nione occupat munera apud uulgus,
 quæ perito debentur. Ille profitetur mil-
 le coronatis cum nec centum promerea-
 tur: at è diuerso alius cum mille dignus
 sit, uix quingentos consequi potest. Vn-
 de hæc? nonnè omnia mendaciū facta
 sunt. Medicus ille ex leuibus morbis
 magnos efficit, ex mediocribus omnes
 perire sinit, & lucratur, & à principibus
 in precio habetur. At ille alius cum plu-
 res, curet, rectè prædicat eruditior longe
 sit, uix habet qui se fidei sue credere uel-
 lit. Vnde hoc? à mendacio. Pharmacopola,
 seplasiarius, qui omnes decipit præ-
 diues fit: ille alius cum neminem decipe-
 re uelit, esurit. Vnde hoc? mendaciū fru-
 ctus hic est, deniq; ne cogar per omnia
 pere

transire, mendacium omnium malorū
 auctor est, & origo, & causa infelicitatis
 totius humanæ. Quid aulas, & cum ip-
 sis reges ac tyrannos perdit nisi menda-
 cium? laudatur inutilis, deprimitur stre-
 nuus, insidiator pro fido, fidus pro insi-
 diatore habetur. non hæc exemplis indi-
 gent cum segete in uere hoc sit frequen-
 tius, adeoq̃ uulgarum, ut etiam qui e-
 merita uirtute aliquid consequuntur co-
 gantur tamen mendacijs quod conse-
 quuntur debere. Quid oratores impij
 decipientes populos, consiliarij reges?
 omnia in perditionem ac exitiū ob mi-
 nimum emolumentum, & quanquam
 nullum sed ambitionis solius causa, chri-
 stus cum cacodemonem qualis esset de-
 scripsit, non auarum, impium, crudelem
 ambitiosum, inuidum, ingratum uē ap-
 pellauit, sed mendacij patrem: quasi q̃d
 hoc uno omnia flagitia continerentur.
 Cogita si mādacium omne abesset qua-
 lis esset uita monalium, certē diuorum
 puritati simillima. At mendacio prorsus
 omnia euertuntur, boni, strenui, sapien-
 tes, opprimuntur: mali, inertes, imperiti,

atq; imprudētes euehuntur, erroris cau-
sa est mendacium, ueritas. Sapientia
mendacio omnia confunduntur, contur-
bantur, & infirma redduntur. Nihil tam
inhumanum quam mendacium, cum
tamen homini proprium sit. Reges fe-
runtur esse ueridici quod sine hac uirtu-
te regno indigni esse uideantur. Dñi si
quid aliud ueridici maximè sunt. Men-
dacium aut exitiū quoddam est, aut ab
exitiali quodam monstro proficiscitur.
Quamobrem ciuitates quæ rethoribus
studuerunt, ab ipsis omnes in pernici-
em actæ sunt. Demosthenes Athenas
perdidit, Aratus Acheos, Cícero Roma-
nos. Si nil aliud uos hortatur aut suade-
re potest, hoc unum cōsiderate quid bo-
ni afferre possit mendacium atq; dece-
ptio: etiam qui ex deceptione uiuunt. si
ipsi mutuo se decipiant breui ars cum ar-
tificibus perit. Est autem mendacij du-
plex genus, quod uerbo & quod gestu
exprimitur. Nihil interest utrouis fallas.
Sed licet imperitos quemq; gestu falle-
re: Cæteros nullo modo. Si igitur men-
dacium omnium malorum in humanis
cau-

causa est, omnis erroris, flagitij, sceleris, eos qui docent homines mentiri, qui fallere conantur, seu uerbo, seu specie, seu moribus, nonne palam est pessimos esse: atque eo deteriores quanto plures uel doctrina, uel exemplo tales esse docuerint. Quid ergo si Socratem mendacium introduxisse, laudasse, docuisse, uerbo, exemplo, imitatione, ostendero, an non dicemus illum pessimum fuisse uirum, ac de humano toto genere pessime meritum. Ut qui latente ueneno omnia illius bona perdiderit. Primum ergo quero an sapiens esset annon: si non cur laudatus pro sapientissimo ab Apolline: cur cum omnibus sapientibus disputabat: cur omnes iridebatur: Si sapiens fuit, cur hoc toties in ore iactabat, se hoc unum scire quod nihil sciret. At o præclaram sapientiam, que cum omnibus pueris communis est. Sed quia dictum est, à Socrate, aureum dictum, aurea sententia est. Sed & omnes ironie usum affirmant, at hæc mendacij pars est non obscura: in re dico, non in uerbo. Quid si aliquis peritus latinarum

literarum, tanquam omnino ignarus eorum quempiam adeat, illumque exploret loqui iubeat, colligat errores eius, solertissimos, barbarissimos, incomptè, parum latinè, ruditer inconcinneque prolata, an non hic pessimus explorator erit? Et improbus sycophanta, dignusque ut non uerbis sed uerberibus ac plagis mulcetur.

Quorsum hæ ironiæ? hæ dissimulationes, si bonus liberè loqueretur, si non liberè loqui uoluit, malitiosus, & improbus fuit. Non ne Christi præceptum est: sit responsio uestra, sic & non. Hæc uera hæc sancta Philosophia. quorsum tot ambages? qualis disciplina exemplaris ad erudiendum populos? quem cum uiderent, ob id sapiètem existimari, quod ambagibus, ironia irrisioneque uteretur, omnes cupiebant ea ratione uideri esse sapientes. Sed que sapientia quam coriarij opificesque conscriptis libris mandabant literis? Simon Glauco Phedoque sordidis cum manibus? Si sapientia fuit quare prophanauit eam? ac quasi uirginem populis conculcandam, & irridendam

dam tradidit: si nulla erat sapientia, cur
sapientis nomen disputando aucupaba-
tur? Sed quales iudices? populos scilicet
altercationum arbiter. Vnde Horatius
sic illum repudiavit dicens:

Odi prophanum uulgus & arceo.

O Socratis calliditatem & haud inge-
nuam uitam ac mores tantoq; uiro di-
gnos. Præcepta sapientiæ docere popu-
los non solum licet, sed etiam expedit.
quandoquidem sine ipsis uiuere autem
saltem commodè uiuere, nō possint. at
sapientiam docere tentare aut insaniem-
tis est si sperat, aut improbi si non sperat,
sed simulat, quod sperare non audet. Ve-
rum hæc minora sunt, illud nō potest de-
fendi, sapientiam inter populos dissemi-
natam seditio-
num, & tumultuum, rebel-
lionum, deniq; exitij causam certā esse.
Nec enim unquam sapiētiā inter po-
pulos quisquam disseminare tentauit,
absq; pessimis successibus miserorumq;
pernitie. Quid si quis iura ac leges illos
docere uelit, quot contentiones suscita-
bit. Idem de religione ac similibus. Qui
medicinam cōmunicarūt populis mor-
te

te digni sunt, nec simplici, eorum enim facti periti medici acceperunt, iudicem populum, ut errare cum illis cogantur: aut si rectè agēdo perdurare uelint, atq; persistere casus infelices illis tribuantur. Horum igitur omnium hic sanctus uir causa erat. Adde quòd negabat disciplinas disci oportere, recitat hoc Xenophon in opere de Dictis ac factis Socratis, quasi hoc præcepto magnam mereretur laudem. O hominem scelestum, et prorsus uita indignum si hæc dixit. Sed omnes id fateri uidentur. Vnde etiam illud quòd in ore mulierū est, quæ supra nos nihil ad nos. Sed altius paulo repetenda est res hæc.

Natura nostra, ut dictum est, triplex est: coniuncta stirpibus atq; animalibus sensu fruitur, & appetita nutritur, augeatur. Membraq; cum cæteris animantibus cuncta communia habeat: iecur, uentrem, renes, oculos, aures, pedes, pilos, ungues: atq; hac parte simplex est, & fraudis expers, quandam tamen solertiã ad sui salutem natura illis indulgit. Altera propria est homini, ratione uti atq; reminiscere.

et. Vnde etiam peculiaria quædam habet, temperamentum maximè permittum, & omnibus animalibus simile tum etiam stirpibus. Erectam uero corporis staturam solus habet, & manus, nam cetera animantia quæ erecta sunt, & quæ manum habere uidentur, non habent, sed quippiam simile. Gallus enim collum non habet è regione crurum, nec cercopythecus, aut simia erecti diu ambulare possunt. Musculi uerò manus in his non sunt, uelut in homine. Neque pollex in simijs, & similibus è regione aliorum positus est. Hac parte Homo animal est prudentissimum, & ad omnes artes aptissimum. Sed iuncta priuatione mendacio, scilicet ex artifice & ciuili transit in latronem, & tyrannum. Nec habet quo se ab improbitate tueatur aut resipiscat. namque ab inferiore anima ad uoluptates, iram, libidinem, inconstantiamq; trahitur. Ratio ostendit necessarias esse his omnibus opes, ideoque suadet: ut quouis modo illas sibi comparet. At nihil aptius fraude, dolo, atque huiusmodi. non ergo resipit
cere

cere homo potest beneficio propriæ nature neque inferioris. Tertia pars est toto diuina, qua diuinis iūgitur mens, cuius naturalem appetitum uoluntatem appellant. Arque cum ea lumen quoddam quo cuncta scire potest, ipsa uerò scit, ac quasi recipit sapiētiam. In ea sunt scientiæ, Dei cognitio, cognitio principiorum, & æternorum. Hac Sincerus est animus neque fallaciæ capax aut mediator, sed totus purus, & in puro alienus ab omni mendacio. Et quo magis hæc pars superior extiterit, rationem ad bene agendum dirigit. Nec credas huiusmodi sapientum ullum improbū fuisse. Dico illos qui sapientia uera claruere Aristoxenum, Eudoxum, Timacharim, Trismegistum, Ptolomeum, Apollonium, Pergeum, Archytam, Archimede[m] Euclidem, Aristotelem, Theofrastum, Hippocratem, Marinum, Plotinum, Eratosthenem, Thebitum, Hipparium, Galenum, Oribasium, Hasen Thomam Scotum, Albertum Theonem, Alexandrinum Entocium. Illud tamen cogitando nil prohibere quin idem sapiens
 sic;

sit & malus, sed cum sapiens non erit cum
malus erit, aut non malus cum sapiens
euaferit. Neque enim ego in iuuenta mi-
hi ipsi similis eram uitae innocentia, ut nec
sapientia in senili aetate. Iam ergo sapien-
tia homines optimi per se euadunt, sapi-
entum uero exemplo ceteri. Quinque e-
nim causis homines boni sunt: natura, le-
ge, institutione, iudicio, & exemplo. Na-
tura quidem mulieres, & pueros, & le-
ge bonos habemus. Et si a uiris non cor-
rumperentur, ferme huiusmodi omnes
boni essent. Atque ita potior pars huma-
ni generis quod ad multitudinem atti-
net, sed tamen nisi uiri boni sint, etiam ab
his corrumpuntur, & eorum bonitas pa-
rum prodest, quoniam in eorum pote-
state nihil repositum est. Lex autem du-
plex humana quae ui, & diuina, quae me-
tu homines cogit esse bonos. At legem
humanam multa prohibent bonos effi-
cere homines. Primum quod non circa
mores sed actiones, neque omnes sed pri-
cipaliores uersetur. Deinde quod leges
plerumque male sunt, ut non ex malis bo-
nos, sed bonis malos potius efficere que-
ant. *ty*

ant tyrannicę primum, rudes, Barbarę,
omnes ferme ad malos homines efficiē
dos uidentur ordinate. Mediolani lex
lata fuit, ut si nobilis plebeium occidis
set pœna septem librarum tertiorũ, id
est, besse auri puniretur: In hoc genere
sunt, leges Salicę, & longobardorum,
quibus cades infantiũ exigua pecunia
redimuntur. Tum multa alia grauiã fla
gitiã. Sed & leges non possunt, nisi ma
nifesta crimina punire: at maxima pars
eorum iudices subterfugit ac latet. Pau
ci ergo legibus humanis boni euadunt,
uerũ ne lædere possint continentur. At
que id ubi non in gratiosos & potentes
dirigantur. Hi enim eas cõtemnunt. Di
uine autem metu non ui continent ho
mines, ideò inefficaces fiunt. primum ui
ta multorum qui leges ipsas suadent, a
liena satis ab instituto: deinde quò ad
miranda profiteantur. Et quod in agen
darum rerũ feruore frigeant, habentq;
multos cõtradicētes: adeò ut res ad mu
lieres, pueros, & infirmio rem plebis par
tem relegetur, qui omnes, ut dixi, nisi ab
improbis hominibus euerterentur, uitã
satis

latis honestam ducerent. Institutio plurimum posse uidetur; dicente Aristotele, Multum potest educatio, imò plurimū, imò ferè totum. Sed quibus constat educatio atque institutio? præceptis duntaxat non, sed Præceptis, consuetudine ac societate: cum ergo Socrates sola præcepta adhiberet non potuit quenquam efficere bonum. quod etiam suo loco experientia comprobabitur. Minima pars sunt præcepta institutionis, uerum consuetudo; & societas longè plus singula seorsum possunt, quam præcepta. Reliquum est igitur ut, statuamus, homines iudicio, & exemplo bonos reddi. Si rex bonus fiat statim omnes ferè uel etiã sine legibus, aut premiouullo imitatione boni fiunt. Quamobrè seueritas legum parū prodest ad continendos populos in officio, & pietate. Quinimò si tyrannicã agãt uitam principes, & magistratus, legibus autem asperis utantur, omnes fiunt latrones. Et miseram uitam populi agent, in omnẽ occasionem ad rebellionẽ propensi. Vt enim pessimū hoc est, ita optimū principem, & magistratus re-

ctē uiuere, leges autē mitissimas esse. Si rex ipse bonus sit, ut Alexāder Seuerus, bonos euehet, & magistratibus præponet, quorū exēplo, admirationē, spe statim omnes boni fiēt. Sed & si Principes, magistratus, potentes, sapientes euadāt boni fient, & cū his omnes alij ciues. Optimum igitur modum bonę institutionis, partem præcipuam felicitatis humane diuinum quicquid in nobis erat unicam spem bonos reddendi ciues Socrates sustulit malitioseq̃ sustulit.

Sustulisse quidem haud dubiū est, nec quisquam inficiatur, sed id malitiose fecisse forsā dubitari posset. Id autem ostendam ex multis: primū quod Socrates omnium disciplinarū esset, prorsus ignarus. Quin etiam refert quod in carcere esset, mansit autem triginta diebus, fabulasq̃ quasdā Aesopi in carmen redigere tētaret, infeliciter & ineptē satis negotium ei successit. Nec quisquā est qui Socratē ullam artē calluisse dicat, Plato enim illi adeo addictus de rebus naturalibus dū differeret Timæū Pythagoricū introduxit docentem Mundi generatio-

nem,

hem, primordia atq; constructionem. Ille idem ad pythagoricos grati ad discendi naturalia nauigauit, liberosq; quosdam magno precio emit. nauigauit & in He-liopolim Aegypti ut à Chaldæis naturalia atq; diuina condisceret. Xenophon qui illum laudat maxime, nullam tamē ei disciplinarū cognitionē tribuit. Nec discere uoluit aut potuit, sed ab alijs inuentam excindere conatus est. Claruer enim uiri sapientes ante suam ætatē, & cū eo Thales Milesius, Hippocrates Cous, & ei coequales medici clarissimi tres uel quatuor: Anaxagoras, Empedocles atq; Democritus Archytas, Tarentinus Eudoxus, Parmenides & Melissus, & Alcmeō. Sed Hippocrates, & Alcmeon omnium præstantissimi, quorum nomina Aristoteles etiā ueneratur. Nō ergo Athenienses odere Philosophos, sed prauos Philosophos. Etenim nullū horum dānauerunt, sed Eudoxo etiam statuam æneam cum aurea lingua in porticu dedicarunt. Meminit etiam Aristoteles Calippi, itaq; uidetur Socrates dehortatus, à philosophiæ studijs homi-

nes quod cum ipse rudis esset, studio talis potius, quam negligētia uel ingenij, defecit esse uideri uellet. Vnde illi etiā à Metoposcopo prædictum quod rudis esset. Si enim disciplinas adeptus demonstrasset illas posset uideri ex animo fecisse, at cum nec degustarit, quis dubitare potest, non inuidia id fecisse, ut damna- ret incognita. At sapientissimus appella- tus est ab oraculo: Ita est, & optime, ne- que inficior. Sed quo sapientix genere, non dixit: constat enim neq; in Geome- tria, neque Musica, nec Astrologia, nec philosophia naturali nec diuina, nec aliā quauis disciplina. In qua ergo arte excel- luit: dices moralis: Hęc sapiētia, ut antea docui, non constat sed uoluntate: Bene- facere bonis benemerentibus, tū etiā malis, qui alijs non sunt molesti: iustitiā pietatemq; seruare, atq; huiusmodi. quę sapientia hæc est, ut Eudoxo uel Hippo- crati, comparari debeat aut etiam præ ferri: uis, ut ostendam: sane nec putō in- ficiaberis, uir lapidarij, & obstetricis fili- us, humillima ex plebe natus, pauperi- mus, nullam callens disciplinam, sine lit-
teris,

peris, qui Reipub. nec consilio nec facto
 ullo egregio utilis fuit, illis suis nugis, &
 ficta sanctitate uitę dum per compita, et
 fora uagatur mendico similis, nudis pe-
 dibus, obsoleto pallio (amęti similis) to-
 tam urbem Athenarum nouo miraculo
 traxit in hanc opinionem, ut spretis qui
 uere Philosophabatur relictis ducibus,
 qui totis diebus laborabant, pro salute
 reipublicę, unum Socratem laudarent
 ut sapientem, admirarentur ut sanctum
 uirum, colerent ut Reipub. unice utilę.
 Inde non solum Athenas his prestigijs
 impleuit, sed & totam gręciam: inde eti-
 am permanuit hęc opinio in alias regi-
 ones, & totum orbem impleuit, nec solū
 sua ætate sed adhuc apud omnes uiget,
 adeo ut insanire quempiam putent qui
 neget Socratem fuisse optimū uirū, aut
 sapiētissimum. Pluresq; (adeo corrupta
 sunt, hominum iudicia) e quo animo au-
 dituri sint maledicentem de Christo q̄
 de Socrate. nōm de Socrate nemo fert,
 de Christo Maumethani, Iudei, Philoso-
 phi pluresq; e proceribus nostris. An er-
 go mentitus est aut in quo quā aberra-
 uit,

uit, Apollo cum eum sapientissimum, id est. uaserrimum appellauit? cuius pene solius certé maximé ex coëqualibus fama inclaruit, per tot secula, cum nihil haberet eorum propter quæ homines cæteri inclarescere solent. Sed tamen eius fallacia uitæq; fucata, & simulata sapientia ab Atheneo perstringitur. Et Aristophanes nō perperam admiratus stultitiam uulgi, quod hominem eum optimum esse duceret, atq; sapientissimum, ob id solum quòd disputando circumueniret homines, & doceret causam deteriorē meliorem facere. Vnde illa immodica Demosthenis, & Aeschinis eloquētia, altera fax, altera falx exitialis patriæ Sic enim in Nubibus:

Esse apud ipsos dicunt ambos sermones:

Potentiorum quicunq; est, & inferiorum

Horum altero scilicet inferiore,

Vincere docent causa cum iniustissima.

Si igitur docueris me iniustum hunc sermonem,

Quæ nunc debeo, per te his debitoribus:

Non reddam, neq; obolum ulli.

Versatile ingenium Socratis, & pensi
nil habentem præter inanem gloriam
doq

Docet: Dissimulationem quoque vitæ,
& fictam innocentiam atque mansue-
tudinem:

*Hu prauisato. superbos,
Pallentes, nudos pedibus, dicis*

Quorum infœlix socra'es & Chærephon.

At naturalium rerum diuinarumque
imperitiam non solum, sed & contem-
ptum, perpulchre notauit his uerbis:

Putabis Deum nullum præter quem nos:

Chaos hoc, & nebulas, & linguam, tria hæc.

Per chaos ignorantiam rerum natura-
lium insinuauit, quasi fortuito omnia fa-
cta sint:

Et cū impio diagora senserit, qui Deo-
rum sustulit prouidentiam. Per nebulas
autem nouam superstitionem ac mores
& ut liceret, pro arbitrio pietatis speciẽ
preferre. linguam autẽ quod causas non
ex merito, sed ex facundia, & acumine
differendi superiores faceret. Tũ & rur-
sus illud: ut omnes damnarit artifices.

*Non enim per Iouem sciebas quod plurimos hæc nu-
triant sophistas,*

Vates, medicos, Philo sophos.

Suam imperitiam (indicans) dum uel

Iet Socrates uelare, male dixisse de omnibus disciplinis. quod & si illi obijciatur ab æmulo, confessione tamen etiam Platonis uerissimum fuisse constat. Sed & illud: Cognitus eris aliquando Atheniensibus:

Qualia doces rudes

Heu insania tua ciuitatisq;

Que te nutrit

Corrumpentem adolescentulos.

Hæc ex persona iusti uiri: inde subiicit ex Socratis

Verbulis nouis, ipsum

Et sententijs sagittabo.

Et rursus:

Consydera enim O adolescentule immodesta esse omnia

Que insunt, uoluptatibus tot futuris si priueris?

Puerorum, mulierum, ludorum, obsoniorum, conuiuiorum, cachinorum.

Quale hoc ipsum erit uiuere, his si priuatus fueris?

Docetq; lege, nō re esse mala, que modo non esse mala tuearis oratione, te ipsum liberabis ab infamia quando peccatum nullum sit. Inde inducit creditorem pecuniam repetentem, quem sic instructus Strepsiades eludit uel iure communi uel ex condicōto tibi illa debetur: non
com

communi quandoquidem non par est,
 pecuniam augeri, sed eandem manere,
 ut mare, & montes, & cœlum, nihil enim
 auget seipsum; non ex cōdicto quia ab-
 iuro debitum, quòd tuto abiurare licet,
 quia uidemus quod dii hæc periuria ne-
 gligunt. Similiter inducit filium uerber-
 rantem patrem: dicens ego cum puer es-
 sem uerberabar à te o pater, & liber erā
 ut tu, igitur par est, te à me uerberari. Et
 si ego puer eram tu cum sis senex bis pu-
 er es & dignior ut fleas. Præterea galli
 iuuenes uerberant parentes, igitur uer-
 berare parentes est, ex naturæ lege. quid
 hoc tandem est, non reuocandas res ad
 facundiam uel argutias, omnia enim bo-
 na atq; cōmertia hominum ac leges co-
 uertentur. Nam quod corrumperet ado-
 lescentes falso obiectum puto: Et puto
 Aristophanem fuisse pessimum uirum,
 & ut ille de Aeschilo dicebat:
 Strepitum plenum, instabilem, multilo-
 quum, præruptum.

Sed tamen nec id insiciari potest quis
 quam, quod hæc disputationes de mori-
 bus rectè uiuendi normam non corrum-

pant: postquam quæ lata sunt, lege diuina humanaque, tum naturali, constant ratione, & à Philosophis sunt comprobata, in dubium reuocantur. Sic ibi inducit ostendētem Socratem congressum masculi cum masculo defendentē, quod galli cum masculi sint, à gallis, & a menta subiguntur. Quasi dicat quid tam turpe esse potest, aut nefarium quod si ad has disputatiunculas redigatur honestum, & iustum uideri non possit: liquet igit̃ dolo se egisse Socratem dum auerterit homines à studijs bonarum artium. Cuius rei etiam est, aliud argumentum, scilicet quod omnes peritos artium irrideret, negaretq; scire se quicquam, ut cum haberetur sapiens opinionem omnem scientiæ in alijs extingueret. Deinde quod male diceret de Anaxagora qui ob sapientiæ naturalis existimationem quam habebant, ciues de illo, paulo ante damnatus fuisset: ut uir non solum inuidus sed etiam improbus uideri possit. Senecam præterea qui maximè Socratem æmulatus sit, de moribus assidue disputando, & uitæ ficta
 inno/

innocentia, quanquam diuitias maxime concupierit, constat haud dubie maxime insecratum literarum studia. Cum idem uideatur fuisse uiuendi institutum, disciplina, robur, & senectus ualida, ac mors uiolenta publicaque: Quamobrem nil peius excogitari posse reor disimulata hac uiuendi ratione, quod etiam ex priuata uita discere licet.

Primum quidem ociosam elegisse illum non obscurum est, non studijs, non arti, non militie addictus: quanquam uicinctus feratur aliquando pugnasse cum Alcibiade. Vnde tot nugae de uictoria, cum uicti fuerint. Atheneus contendit nec affuisse in ea pugna ambos, sed omnia ficta. Omittam modo suspitiones de puerorum, & praecipue Alcibiadis amoribus, tum quia tunc uidebantur licita, aut saltem admissa, tum quia hoc esset hominem non institutum insecrari. Homines enim magis procliuus ad alia atque alia nascuntur, hoc damno non quod quis facit, sed quod et si non facit faciendum putat aut suadet, aut ut faciat studet, cum haud iustum sit

fit, aut decorum. Sic neque quod filios malè instituerit, ipsi uero flagitiosissimi ac nequissimi fuerint. Communis enim calamitas, ut dixi, uirorum clarissimorum non peccatum parentum: Vnde etiam Aristophanes in nebulis-

Hippocratis filijs similis eris, ut te uocent famum.

Constat ex Atheneo illum fuisse infelicem, sed, & quos morte præuentus, duo enim tum erant paruuli maior nam adolescentulus, non potuit erudire neque instituere. Sed nec quod duas simul duxerit uxores. Laudi enim magis quam uituperationi hoc tribui debet quod Reipub. Consuluerit, & magistratibus ac legibus paruerit. Sed illud primum obijcio quod nihil ageret: cum Paulus texeret sportulas quamuis tantus, apud omnes concionator, nec uictus minus quam Socrati suppeditaret, ut qui ex his quæ dono accipiebat partes urbium aleret. Rogo quo exemplo docuit iuuentutem nihil agere, cum iuuenibus nihil sit utilius. Hæc enim multo se consequuntur, frugi esse ac bonum &

& exerceri laboribus, laboribusque exer-
 ceri iuuenem, & probum esse ac frugi.
 quod etsi non statim appareat tamen
 semper euenit. Deinde quo iure asper-
 natus est premia, ab his quos docebat,
 & ab amicis dona, ut postmodum gra-
 uis esset alijs, & uirtutem deturparetur.
 Siquidem non accepit premia, quod ni-
 hil doceret recte fecit, sed tamen doce-
 re se fatebatur. Si non accepit à diuiti-
 bus, & uolentibus pessime egit, nam pri-
 mum foedabat, & uilem docenti artem
 reddebat: & alios qui premia accipe-
 rent iniuste gratulabatur. Vnde Aristippo
 cum obijceretur quod premium, à dis-
 cipulis acciperet, Socrates non accepis-
 set, respondit: sibi non esse nisi proprios
 redditus, Socrati opes optimatum A-
 theniensium fuisse pœnu. Quis & de
 hoc dubitare potest Socratem inuidi-
 am in omnes qui tum docerent, non ex-
 citasse? Rursus unde illi patientia tan-
 ta uxoris, cum pessimo esset exemplo,
 & ut foemineum genus licenter uiueret:
 contra leges & mores cuiusuis bene in-
 stituta reipublicæ. Quid uerò illud, a-
 desse

desse omnibus conuiujs, ut suam illam
sapientiam ostentaret: Videbimus mo-
destissimos quosque tum maxime se-
nes ab eis abstinere. que enim non fu-
git sapiens probat. Vnde etiam sermo-
nes hi de puerorum amoribus tam fre-
quentes? O casti sunt dices, certe pote-
rant hæc uel quouis alio iudice, quam
Platone ac Xenophonte longe purius,
& meliore exemplo proferri. Hoc enim
est, ac si quis ignem sulphuri appropin-
quet. Si qua nupta amantem deoscule-
tur, inde dicat sincero amore id fecisse,
non ob adulterium. Possunt dici sed nõ
credi, homines ad huiusmodi conuiuẽt,
sed non persuadent? Nuditas uerò illa
pedum quid aliud est, quam ostentatio
mera patientiæ imò stultitiæ: & ambitio
sa infania: cui bono? at ut iuuenes ad pa-
tientiam, & tolerantiam, ac militiam ex-
erceret? nihil minus cum iam ipse mili-
tiæ ætatem excessisset, & parum, ut dixi,
militasset. Filium non erudisse ulla in ar-
te, & tamen nec illi censum quem relin-
queret parasse, quorsum hoc? Quis non
uidet ambitionis cuiusdam immensæ o-
pera

pera fuisse? Vt qui illum non agnosce-
rent, ex tam absurdis actionibus, habi-
tu, uitæ genere sermoneq; admirarent.
quod & obtinuit, potius leuitate ciuiū,
quàm calliditate propria, necq; enim tan-
ta esse potuit, ut alibi quam Athenistam
celebre nomen consequi posset. Dico
non solum Romæ nec in Italia sed necq;
apud lacedemonios, aut Thebanos, aut
alios Græcos præter solos Athenienses.
Sed dices oraculum dixit, Socratem nõ
solum esse sapientẽ, sed etiam optimum
uirum, non ergo (studiose saltem) homi-
nes decẽpit. Respondeo tametsi Xenõ
phon hoc adijciat, reliqui tamen omnes
dicunt, solum pronunciaſſe, ipsum esse
sapientissimum. Sic enim referunt locu-
tum oraculum.

Αὐτὸς ἴσως ἀπὸ τῶν σὺν ἡγεῖταις σοφώτατος.

Sed fac ut adiecerit etiam optimum,
illud idem dico quod de sapientia, ea e-
nim agebat, & faciebat quæ optimus
quisq; faceret, licet non eo animo, at ex
fine unumquodq; appellari debet. Ap-
pollinĩ tamen ut suo mere, & congruen-
tia, & ancipitis sensus uerba proferret,

atq;

atq; sententiam bonum (si modo id dixit) seu optimum appellare placuit. Verum rursus dixeris, demonem habebat familiarem, qui fieri potest, ut non etiam sapientissimus fuerit? Falleris, seu enim demon ille quidam sit affectus excellens, uelut gloria: amoris seu patientiae, seu sit astrorum constitutio huiusmodi, seu causa quaedam incorporea generalis seu propria, & adumbrata quae nos doceat: seu fati series proprii tanq; ex toto auulsa, non nisi in uno genere aut paucis quibusdam nos admonet, atq; dirigit in alij, ut ad finem institutum deducat, nos transuersos agit, uelut equum per cœnum, & abrupta. Nonne Anytum frustra prouocauit, opificum defensorem, & Melitum Poëtarum? Nam de lycone forsitan non est accusandus, cum rhetores, & oratores, Rēpublicam perderent. At Poëta, & si quid grauius committat non tum persequi eos debuit. Multa enim toleranda sunt: in domo, quāto magis in Repub. ut maiores errores corrigere possit. Sed agebatur Dæmone, ut ille dicebat, ad mala potius quam utilia

im.

impellente. Si modo demonem habere non res uulgaris est, multum addebat, ad auctoritatem eorum quę dicebat, atque docebat. Vt duplici emolumento esset, illi hæc de eo opinio apud uulgus, triplici autem si uere habuit. Sed ut ut res fuerit, demon fuit non Deus ille. Deus enim bonorum, & tranquillitatis causa est, at uita Socratis plena fuit turbationibus, calamitatibus. & planè misera. Quid etiam attinuit ad illum tantum sequi formosos pueros, ac laudare formam, ut de Xenophonte maximè dicitur. Careant ista quantum uis crimine, non carent reprehensione, & si reprehensione, non tamen suspitione. Sed fac ut suspitione etiam caruerit, exemplum laudari nullo modo potest. Et si uitam illius quis inspiciat, uidetur certè demonem sapere, nãque qui cum illo uersantur rudes sunt, & mali. nam sapientia quidem demonis sunt, peccata hominis. Et parum ab Epicuro differre, qui & ipse sustulit Deorum prouidentiam edoctus à Diagora, & in uoluptate posuit felicitatem, Endoxi opinionem secutus. Vt demirer Cicero-

m m m nem

nem hæc tribuisse Epicuro, qui non fuit nisi purus recitator. Neque enim de hac inuentione etiam si aliquid esset gloriari poterat: cum partem dogmatis à Diagona scilicet impietatem, partem ab Eudoxo scilicet belluinam uitam, & institutionum, sumpserit. Sed & cū Aristippus inter præcipuos Socratis auditores parum ab Epicuro differat, palàm est Socratis uitam ab Epicuri opinione, atque instituto parum abfuisse. Quæ enim de dijs adiicit Plato non ex Socratis disciplina sed potius Pythagoriorū, & Chalcedorum commentus est, nec, ut dixi, hæc Socrati tribuit. Ergo discipulos Socratis quales illius doctrina fuit, fuisse nihil mirum est. Aristippus primum dissolutus omnique uoluptatis ac flagitij genere affluens. Non illud obijciam quod coram Dionysio saltarit, quod pluribus puellis simul operam dederit: hoc enim humanum etsi paulo intemperatius, illud prudentiæ. postquam seruietis tyrannis, quibus nihil est medium, sed uel placere uel perire eligere quod optimum esset. Vnde uides etiam quantum in iudicio

Indicio falluntur homines ubi nullum crimen, flagitium, probrum est, omnia hæc fingant, ubi est non animaduertunt. sed quod uir Philosophus Pecuniæ solius studio sustinuerit, tanto sui dedecore, tanta tyranni laude, & fauore ad Dionysium accedere. Neque enim ob aliud Philosophorum aptarunt familiaritatem quã ut uitam suam honestarent, scelera uelarent, flagitia obtegerent. Indicio est epistola propria illius scilicet Dionysij ad Platonem, & Phalaridis ad Orsiloichum in qua hæc habet: Si propterea quod Pythagoras plus sæpenumero à me accersitus huc uenire noluerit, quẽadmodum eum qui meam fugeret consuetudinem laudasti, mihi calumniam attulit. Quod nunc ad me uenerit, & quintum iam mensem una mecum in uoluptatibus sit, mihi profectò laudis est. Apud me ne breuissimum quidem momento permansisset nisi mores nostri cum eo conuenissent. Sic Pisistratus Solonem domum reuocare conatus est: cui contra ille, Athenas redire mihi utile non esse cognosco, ne quis me iustè reprehendat, qui Atheniensibus

bus dudum Rempub. administrandam
 tradideram, præsensque oblatam mihi
 tyrannidem sponte declinaueram, mo-
 do rediens factum tuum subita pœni-
 tentia probare uidear. Sic Periander Sa-
 pientibus: Sicut igitur anno præterito
 Sardis in Iudiam uenistis, ita nunc oro
 ne pigeat ad me uos proficisci Corinthi
 tyrannum. Videbunt enim uos non si-
 ne gratulatione Corinthij Periandri do-
 mum adeuntes. At contraria ratione Pit-
 tacus cum Cræsum regem non impro-
 baret, ne iudicio suo illum damnare ui-
 deretur respondit: Auro ipsi non indi-
 gemus contenti modico uite stipendio
 quantum est mihi satis, & amicis. Veni-
 am tamen ut tibi perhumano, & hospiti-
 tali uiro familiaris efficiar. Sed & Zeno
 Citticus, ab Aurigono uocatus quam-
 uis non iuerit misit tamen Persæum at-
 que Philonidam ne cōtemplisse regem,
 aut non probasse, eius mores uideretur.
 Ut enim adire regem, aut tyrannum est
 illius probare uitam, actis subscribere, ita
 non adire uel est ingentis fastus iudici-
 um, imò potius stultitiæ cuiusdam, aut
 non

non probare illius acta. liquet ergo Aristippum Dionysij facta pro aduētū suo probasse. Et quomodo potuit uir ille Philosophus spectare manus illas tot cædibus nefandas? Hæc igitur Socratica sanctitas. Venio ad Platonem qui et si non saltauerit, in eodem tamen crimine est, nam & ipse ad Dionysium pecuniarum spe uenit. Et eo deterior fuit Aristippo quanto diuiniore habebatur? quasi non solum à Philosophis coleretur ac uita eius probaretur, sed etiam à dijs ipsis. Addidit & scelus scelericum Dionem hortatus est, ad expellendum Dionysium illi sanguine coniunctum, & nil tale meritum ab eo Si inimicus? cur adis, cur pecunias accipis? si amicus cur illi insidias paras? Vellem inuenire oratorem, qui ista defenderet. Omitto uitam quam duxit infamen perpetuo pueris usus a deo, ut nec mulieris interulam uiderit unquam. Subsequitur tertius Xenophon uir blādus, & ornatus eloquio uerum omnium bonarum artium expers, perpetuus miles, rapax, & qui ex militia cum nullo in prælio uictor fuerit, ta-

men grande peculium corrasit. Patriæ etiam pene proditor. Vnde in exilium actus est. Cum enim lacedemonij acerbissimas inimicitias cum Atheniensibus, gererent, lacedemonijs adhæsit, illos laudauit, Atheniensibus post habitis aut postpositis. De puerorum autem amore nefando quid dicam? unde illa uox: uellem ad omnia alia cæcus esse modo Cliniam uiderem. O dignam sententiam Philosopho. Sed uideo quid sis dicturus. Anthistenes Socratis auditor fuit, & tamen optimus uir. Certè id uerum est, fuit enim probus admodum, foeminas amauit, ad tyrannos non accessit, pecuniam, & opes spreuit. At o egregie qui docet an eruditus habendus quod unus euadat eruditus discipulus, cæteri omnes imperiti? aut sub quo unus, aut duo imperiti, cæteri omnes eruditi? Quis ignorat quosdam esse adeo constantis, & puræ uitæ, ut etiam inter greges Cibeles uersati non tamen coinquinentur? talis fuit Antisthenes, is enim militauit sed pro patria. Et prius fuit doctor quàm Socratis discipulus, nec ab illo

lo quicquam accepit præter tolerātiā
 & tranquillitatem. Vt uir omnino inno-
 cens fuerit Nec cum illo commoraba-
 tur, sed Athenis Socrates, ipse uerò in Pi-
 reo quod quadraginta stadijs ab Athe-
 nis distabat, Socratem audiebat, ob pro-
 bitatem etiam orphicis mysterijs est ini-
 tiatus. Platonem etiam tulit malè de eo
 dicentem. Et cum ille coram esset, fastū
 & inanem illius ambitionem modestè
 taxauit. Ille solus ex omnibus discipulis
 ultores quæsiuit, & populum Athenien-
 sem in necis Socratis auctores incitauit.
 Ille solus inter Socraticos, à Theopom-
 po laudatur. Ille Crati fuit cōtinentiæ, &
 Zenoni Tolerantiæ, & Diogeni trāquil-
 litatis auctor. Ille idem consuluit ducen-
 das uxores filiorum suscipiendorū cau-
 sa. Et certe non solum ipse sed qui eum
 secuti sunt, præcipuè quos nuper nomi-
 nauimus optimi uiri extitere : adeò ut
 Zenoni statuam posuerint Athenienses,
 & apud illum claues urbis reponerent.
 Cum tamen esset Antigono regi ualdè
 amicus. ut pateat Athenienses non Phi-
 losopiæ, sed prauis Philosophis fuisse in-
 festos.

festus. nam nec Zenonem nec Antisthenem, nec Cratem uexarunt. Sed Socrati aduersati sunt, quod uerè Rempub. dū simularer erigere, euerteret. Et Aristoteli ob Antipatri familiaritatem, licet impietatis prætectu illum accusauerūt necum Antipatro inimicitias auferent.

Sed iam id quod propositum est, uideamus, scilicet an Socrates urbē Atheniensium euerterit discipulis, ac discipulis: & primo de Aeschine loquamur, is enim illius fuit auditor. Quam turbulētus fuerit, in Republica omnibus qui eius uitam legerunt, seu apud Plutarchū seu alios quanquam noxias dum illam is, & Demosth. uelut Boreas, & Auster exagitant, & in legationibus prodiderint non est, qui ignoret. Ut tandem in exilium metu se proripiens, aut etiā dānatus finem sceleratæ uitæ imposuerit. Quid dicas de Alcidiabe qui toties pro patria contra patriam pugnauit dux exul, nemini, fidus, nulla in re constans: nō continentior in exilio quam domi fuerat. Vxorem regis lacedemoniorū quicū hospitio susceperat, beneficij loco adultera-

dulteravit ex qua etiam filium suscepisse creditur. certe obiectum est ei quod Alcibiadis esset filius: atque ob id crimen lacedemonijs odiosus. Seditiosus domi, foris perfidus, & rapax, in exilio hospitum proditor, nam Athenienses monebat de his quae lacedemonij agerent. Vir ut uno verbo dicam nec prudens, nec bonus, nec Reipub. utilis. Euclides Megarensis, non is qui Geometrica scripsit, in urbe sua inuexit contentionis rabiem. Verum haec forsitan toleranda, atque post successere in exemplum transierunt: uelut illud.

(dos.

Inter Socraticos notissima fama cinæ. Putant simpliciter dictum quod magna arte proponitur: nam sub Socratico habitu, & moribus pessima latent flagitia. Et nunc (Dij boni) quo nam prorepit malum, siue quis furum seu foeneratorem aut sicarium, aut deceptorum, aut uirum iniustissimum, quali habitu incedit, qualem simulat grauitatem, & innocentiam. Hinc simulata religio, ficta pietas, prolixa barba, incompti crines, reprehensio minorum uitiorum, & eorum quae sperant

m m m s

latere

latere posse, in fontes ut fontes arguunt. Hunc quòd parum pius, illum quòd amator puerorum, alium quod hæresim sapiat, cum ipsi sint *ἀθεοί*, crudeles, scelerati, iniusti, tœneratores, rapaces, adulteri pædicones, & incestuarij, furesq; publici. Hoc igitur uitæ genus à quo maxime defluxit: Nempe à Socrate, scripsimus nos uerecundè satis de hoc in *ὑποθέσει*, nec uolumus publicari ob hoc: ille uerò fallendí artē publice docuit. Credo potius ob Deorum inuidiã Socratem missum quam ob hominum salutem. namque cum dij amant populos, reges mittunt bonos non priuatos homines, et ex plebe infima qui seditionem excitēt. Sic Romanis post longas Clades, Traianũ, & Alexandrum: Severum Dauidem & Salomonem: Hebræis Agatoclem lacedemonijs concessit. aliosq; alibi qui collapsas respublicas reficerent Numa uir sanctus habitus est, is Romam instauroit seculo rudi. At dices, auctor tamen Philosophiæ extitit. Nequaquam, quin inuentores ipso damnabat. Verũ ad eò felici sydere atque ingenio natus est, ut
aliorum

aliorum labores ad se traheret. Non tamē Aristoteles, aut Theophrastus quicquam Socrati in naturalibus tribuunt, in moralibus uerò etiam damnant. Anaxagoram, Empedoclem, Parmenidem, atq; Melissum, passim citatos inuenies, tum Alemeonem atq; Platonem, Socratem nullibi. Laudāt aliqui sobrietatem, alij pertinaciam cum referant tota die in uno habitu stetisse immobilem. At non animaduertunt illum dum hæc referunt, uehementer uituperari. Quorsum enim hæc primum ostētatio? deinde quæ gloria de corporis naturali munere? An si quis non possit hoc facere, ideò malus habendus est? aut si potest, & non uult contemni atq; irrideri, alijs mouere inuidiam, stultus erit? Quinimo laudabimus eum qui cū multa huiusmodi possit ab his abstinere, nec signum uanitatis prodit. Puerorum enim nec satis magnorum, apud nos sunt hæc experimenta. Deniq; ut alibi diximus, moralis Philosophia maxima ex parte noxia est, discentibus eam, alios enim tutiores ad fallendum reddit. Vnde qui illum sectati sunt

sunt, uixere miseri ac oppressi, sibi inuti-
les, alijs non utiles. Velut Diogenes, Me-
nippus, Menedemus, Cleanthes, Tele-
phus, alijsq; plures, qui pro morionibus
sua ætate habiti sunt. Quid dicā de Pha-
uorino illo Philosopho sanctissimo qui
apud Gellium leges duodecim tabula-
rum irridebat, tam nulla ratione, quam
evidenti? At uerò plus officiet uir unus
optimi sub opinione atq; exemplo ma-
lo, quā millies mille ex professo impro-
bi. Quapropter Socratis uita atq; insti-
tutum pernitiola fuere mortalibus, ut al-
liud quicquam quod pessimè fuerit ex-
empli. Vixit enim sibi uni prorsus, non
Reipublicæ, non suis neq; etiā filijs. Hi
enim qui laboribus suis artes augēt, Rei-
publicæ & posteris sibiq; uiuunt lauda-
bili labore, qui uerò opes congregant, fi-
lijs aut suis: at hic omnia ad sui ipsius cō-
modum instituit, ut gloriam sine labo-
re, ut eruditus absque studijs, ut potens
absq; periculo, ut laute uiueret sine tæ-
dio parandarum custodiendarumq; o-
pum. Contempsisse omnes, & suos etiā
& filios, & omnia, quis nō uidet? quem
pessi-

peffimum uirum fuisse constat. At nūc
si uideas duos homines alterum artifi-
cem, alterum cauillationibus artem irri-
dentem, quis tam excors est, aut uerita-
tis hostis qui priorem non frugi homi-
nem dicat, alium autē nebulonem? Hu-
ius modi autem disciplina hodie etiam
omnes præclari uiri opprimuntur: ut non
uno mortis genere dignus fuerit, tanti
sceleris auctor. At cur illi tantum seu ge-
nius seu dij fauerint non hic est locus
differendi. Et est certè magna, & ardua
quæstio, quasi dij rebus humanis in-
uideant, aut illæ nulla pro-
uidentia regantur.

*Hieronimi Cardani, De Socra-
tis studio, Finis.*

HIERO-

HIERONYMI CAR-
DANI MEDIOLANENSIS
cuiusq; Bononiensis Medici, Antigor-
gias Dialogus: seu de recta ui-
uendi ratione.

Interlocutores Socrates, Cerephon,
Gorgias, Polus, Calicles.



Vnquam o Gorgia mihi
contigit quam heri, mole-
stiorem diem experiri, ne-
que hominem adeo petu-
lantem. Gor. Dicit de
Sophronisci filio, nihil mirum, nam hu-
mili loco nati, & nulli arti addicti, huius
modi machinas commentantur. ijsq; a-
deo inhærent, ut facilius clauam e ma-
nu (ut dici solet) Herculis eripias, quam
uel unguẽ latũ illos à propolito ammo-
ueas. Cal. Sed sit ita sane quãdo nul-
lam aliam habent uiuendi uiã. At quid
cogebat eum tam petulãter agere, cum
modestiam alijs tantopere commẽdet?
Gor:

Gor: Quid uanius, nos iubet breuissime respondere atq; secum agere, ipse longas contexuit Iliadas. Et qui perpeti iniuriam quam inferre melius ducebat, & ostendere conabatur, nos omnes iniuria affecit, contumeliosisq; uerbis obiurgauit ac si uernæ sui essemus. Cal. In tempestiuū est, huiusmodi animalibus, uelut & rabidis canibus semper occurrere. Sed ille (ut reor) ex composito ad nos uenit. Gor. Existimo Cherephōtem huius mali causam fuisse nam neq; nunc adest, sed cum illo in triujs, & in foro uagatur, quasi testis hesternæ disputationis. Cal. At qualis disputatio modo huc modo illuc unumquemque circumagebat, semper cauillationibus ad contraria dictis reducere conat. Po: Vere ais: at quales ludos de nobis fecit, ac de me quidem non dolebam, sed de te Gorgia qui tantus natus, tam notus ubiq; tot artibus disciplinisq; splendide instructus, urbis tuæ legatione fungens & à populo Atheniensi adeo honorifice exceptus, ut etiam illius gratia auxilia tuæ urbi decreuerint, filius lapidarū huc
 illuc

illuscq; conatus sit puerorum mors uerba
 contorquere. Gor. Non me latet
 omnia hæc, & quantum frustra conatus
 sit, ob idq; respondere illi desij: sed hoc
 non me male habet. Nam & alia non mi-
 nus stulta egit ob que, ut auidio, iam gra-
 uis est, toti ciuitati. Et multi eum accu-
 sare decreuerunt. Cal. Hoc est puto
 quod de se quedã in fine locutus est, tan-
 quã nõ solum accusationem, sed etiam
 damnationem preuidens. Gor. Quid
 agas? Huiusmodi cum sciant meritò suo
 quanta inuidia laborent, diuini uolunt
 uideri, coniectantes que sibi breui incu-
 bant, ut non solum sapientes, sed etiam
 fortes uiri habeantur. Cupiuntq; uideri
 inuidia laborare, ut ex hoc magni uiri ex-
 istiment. Sed non est inuidia hæc aliorũ
 sed eorum stultitia. nã ego nõ minore in-
 p̄cio sum apud meos ciues, neq; ob mu-
 nus tã priuatũ q; publicũ minores q; So-
 crates cõtentiones suscepi, & maiora ex-
 tiã experimẽta de me dedi q; ille, nec tũ
 peculiarẽ quẽquã mihi inimicũ cõpa-
 rauĩ: emulos sanẽ quã plures, sed nõ idẽ
 est æmulos sibi atq; hostes, & acerbos
 inimicos

inimicos comparasse. Aemuli enim de uirtute certant, de honoribus, magistratibus, opibus, & ut in litibus superiores euadant, cæterum alioquin amici plerumque sunt, sane, non inimici. Sed est nescio quid hoc Socratis: Cal. Prauitas.

Gor. Non, sed potius nimia iactantia, cupiditasque inanis cuiusdam gloriæ coniuncta cum ignorantia omnium bonarum artium. Cal. Vera dicis, sed quid

opus esset, reor non fore malum, si illum excomposito aggrediamur, pudet enim præsertim propter te eum nobis os obli-

nisse. Gor. Ad quid iugulare mortuum? permittamus ipsum cum suis discipulis abunde insanire & in foro ac truiis cum coriarijs ac fabris disputare, nos

nostram retineamus autoritatem atque existimationem. Ille enim ut piscator est qui nunquam magis gaudet quam cum

in rete magnus quispiam ac notus piscis inciderit. ipse per se alioquin mœret & ociosus est. Cal. Vera dicis, sed tamen

pulchrum est obtundere insolentiã hominis. Gor. At æquiore ferrẽ animo si uir his uel uera diceret uel urbi utilia

uel concinne ista probaret. Modo quam
 uera dicere potest cuius uita tota Scara-
 bei consuetudini similis est & egregij il-
 li sui discipuli, quales euaserunt? Alcibia-
 des Rempub: quam suus magister se con-
 stituere & meliorem efficere profiteretur,
 iam penè funditus euerit: ipse exilio &
 capite damnatus. Plaro inter pueros xen-
 nophon in peregrina militia aduersus
 patriæ decreta exul uersatur? Qualis
 Euphratus, Calippus, Schoëron, Time-
 us, Euragon, Lampfacenus, Aristippus
 inter Popinas & meretrices parasitatur
 Dionysio, Siciliæ tyranno. Ad quem e-
 tiam propediem iturum referunt Plato-
 nem constituendæ Reipublicę nomine
 re autem ipsa, ut exitus demonstrabit, pe-
 cunias habendi (sanguinem miserorum
 ciuium) gratia. Atq; hæc præcepta diui-
 ni Socr. hæc uirtus. Cal. uerissima hæc
 sunt, sed an ergo non aggredimur homi-
 nem: Ego sanè non uerebor oïa hæc atq;
 similia illi obijcere. Serpentē confodere
 pietatis est non sceleris. His oēs circūue-
 nit, recti specie disciplinas contēnēs, me-
 lioribus illudat, nouos profitei Deos, iu-
 uenes

uenes corrūpit uultūq; oēs nos nō solum
 imperitos sed & imp̄bos uideri. Gor.
 Nō tā celeriter de hoc decernam⁹, ne no-
 bis cōtingat q̄ olim Hectori naues Græ-
 corū exurere molienti, qui naues nō ex-
 ulsit, sed ab Aiace lapide percussus gra-
 uiter, coactus est retrocedere. Cal. At qd̄
 potest? Gor. Nō id dicas, exercitatus
 est mirū in modū in hoc disputādi gene-
 re, ut q̄ totā in eo uitā cōsumpserit. Mi-
 rus artifex & captiosus, nihil aliud perin-
 de nouit, gladiator uetus est. Sed si modo
 illam aggredi expedit, prius premeditari
 totū negociū non secus ac orationē quā
 ad populū simus recitaturi expedit. Pol.
 At o Gor. uideo partā uictoriā modo illū
 semp̄ respōdētē faciamus ut ille nos heri
 ipsi ut ille, eum interrogemus. Gor. Mut-
 tum facit hoc, sed non satis est. Oportet
 em̄ tria, ut uideo, nos animaduertere. pri-
 mum ut uera tueamur nō solū quod cū
 tam arguto sophista difficile sit ei impo-
 nere, sed etiam ut probi uideamur & si-
 mus. Secundum ut ea à dubijs disiunga-
 mus. ne in latebras se condere possit. De-
 mum ut rectā illum aggrediamur cōtra-

rium obseruantes eius quod ille facit qui
 tricus ac termetis uis nos inuoluit. Hec
 si obseruauerimus seu argumētetur seu
 respondeat obtinebimus, ut spero, uicto
 riam. Pol. uera dicis sed quomodo il
 lum conueniemus? In foro turpe nobis
 erit, imò neq; licet publicæ personæ in
 foro more adolescentum disputare. Do
 mi eum nemo conuenire solet: Est enim
 ut audio non domus sed tuguriolū. nec
 ipse nescio qua causa hoc parit, sed sum
 mo mane ne quis peruenire possit è do
 mo exit. Præterea opifices facere iudices
 iam dudum assentari illi assuetos non tur
 tum est Nec tam decorum est apud hoc
 homines uicisse quam illi contendisse.
 Magnum tuum nomen est sed ille solum
 Athenis & apud imperitos etiam ac ple
 bem tantum notus. Operiri illius aduen
 tum longum esset. Aduocare ut heri in
 Calliclis domum hodie non possumus.
 Cal. At ego uos hac cura liberabo, ho
 ra septima pergite ad Apollodorum cui
 ego sum familiarissimus, Nansicydes
 cholargeus quem scit quatum mihi ami
 cus sit hortum habet ibi contangentem
 Apollo.

Apollodori pratum, nos præoccupabi-
 mus ad Nausicydem euntes atq; ibi in
 horto cœnabulabimur in umbra, inter-
 im & illi in pratum uenient Apollodori,
 ita absq; furo fortuitus uidebitur hic oc-
 cursus. Gor. Placet consilium eamus.
 Pol. Vnum me torquet si quid bene di-
 xit (quanquam pauca bene dixit scio)
 quid agendum est. Gor. Facile huic
 occurritur si rationes eas quibus id ap-
 probauit quod facile fiet euertemus, le-
 ues em̄ sunt omnes & neq; rhetore, mul-
 to minus philosopho dignę, alias autem
 subnectamus firmas. Sed iam ad ostium
 Nausicydis peruenimus: mone tu Calli-
 cles si uidetur hominem de aduentu no-
 stro: Cal. In domo non est sed iubetur
 ut ingrediemur, in hortumq; pro ar-
 bitrio pergamus. Gor, Pulcher hor-
 tus & spaciosum pratum media in urbe.
 hic confidemus: Cal. Sed ecce Socra-
 tem, hui quã opportune descendit in pra-
 tum, & iam ad nos uenit Nausicydes. ui-
 des quam recte nobis ex uoluntate om-
 nia succedunt, nam & cherepho illum se-
 quitur & cum Apollodoro Socrates ip-

se. Gor. Prudēter occasione utendū
 est, uestrū uterq; fileat. Quid agis o Socr.
 & tu Cherepho? Soc. Huc de more
 ap Apollodorum uenimus, nō quidem
 scientes te adesse, sed & hoc pro lucro
 ponere nec leui decet talibus uiris occur
 rissē. Gor. At ego nil tam optassem
 quā te & Cherephontē uidere: atq; hos
 ipsos, quos quia tecum esse uideo, studi
 osos sapientiæ esse arbitror. Soc. Sic est,
 nā hic Apollidorus est mihi iā diu notus
 atq; philosophiæ operam nauat: hic alter
 uero Nausicydes Cholargeus de quo he
 risi meministi mentionem feci: & ipse à
 philosophiæ studijs nō abhorrens, quā
 quam philosophos etiam magis diligit
 quam philosophiam. Gor. Sanè me
 mini & quam strenuo nos omnes perui
 ceris. Soc. Bona uerba: certauī, dis
 putauī, ut ueritatem eruerem. De uictō
 ria iudiciū audientibus relinquo, &
 maximè tibi, neq; enim quisquā est qui
 melius quam uera dicere nouerit quam
 tu. Cherephon. Hoc ipsum nobis in
 Porticu narrabat & quam dfficile fuerit
 certamen maximè cum Callicle Gor.
 At

At non & tu aderas? Cher. Certè & placuit admodum ea disputatio: uerum hæc Apollodoro & Nausicydi dicebat cum pluribusq; alijs qui illuc conue- rant audientibus, omnesq; probabãt So- cratis opinionem, excepto Naucisyde i- sto, qui dicebat cupere se interfuisse, ut di- iudicaret. Gor. At tu quid sentis?

Cher. Plane cum Socrate: uisa enim sunt mihi illa omnia aperte demonstra- ta. Cal. Sed tamen multo plures di- uersa sentiunt. Socra. Nonne dixi o- pinionem esse multorum, ueritatem paucorum Sed pauci qui sapiant pluri- bus aberrantibus sunt præferendi. Haud enim dubium est quin ea quæ dixi uera sint. Et maxime illa de supplicijs apud inferos. Pol. Atq; utinam tam demõ- strasses (id quod & ego uerum esse reor) quam uisus potius es fabulam narrasse, ut Callicles iste uix risum continere pos- set. Vera enim si arbitraberis, o So- crates, in tam graui causa cur non id po- tius ratione probabas quam fabulam a- deo absurdam nobis tanquam pueris (qui & si non sumus philosophi indigni

tamen uidemur ut tam apertè nos irrides
res)enarrare? Soc. Satis tum dictū est
atq; id apologi loco soleo enim ego ista
sic claudere. Verum nō habeo quod cer-
tum sit, nec quenquam qui habuerit au-
diui in hoc negocio. Cal. At dicebas
heri pro certo id te habere, non capio tu
os hos sermones neq; in his neque alijs
quæ pro tua opinione adduxisti. Nam
ut uerum uolebas credi & fabulam nar-
rabas in re tam seria. uidebaturq; insana
cuidam ancillæ Appollodori huius præ-
sentis similis, quam & tu nosti quæ filiū
uerberabat & imperabat ut caneret. Cer-
tè nihil horum quæ dixisti ego credo ex
emplo tuo admonitus. tam inanes enim
rationes adduxisti ut in omnibus quem
admodum & de inferis non ex senten-
tia dixisse existimen, sed tuo more delu-
sisse nos, soles enim id crebro facere. Soc.
Bona uerba: Quid est in quo dubites ex
his quæ heri disputauimus? Cal. Imo
potius dicas quid est in quo nō dubites?
aut quod serio dictum putes? At non e-
go aliena nunc tueri uolo sed ea quæ ad-
uersum me nugaba ris, puto contemnēt
me.

me. Soc. At uideris uelle, quod dici so-
let, causam iam iugulatam in dubium re-
uocare. nec sufficit te & Gorgiam & Po-
lum in tot absurda deduxisse, celsisse cau-
sæ toti, ut etiam nuper narrabam in por-
ticu, ut uelis denuo disputare. Cal. E-
quidem si serie acturus es mecum, dispu-
tabo, sed non ut heri contemnēs nos at-
que irridens. Soc. In quo irrisi uos aut
contempsisti? Cal. Me saltē dico: Soc,
neq; te, qua in re. dicis odes. Cal. Inter-
roges rursus quasi de re dubia & rursus
irrides dum quæris quomodo irriseris.

Soc. Quid tandem? dicas unum. Cal.
unum? omnia penē. Soc. Quæ? Cal.
At etiam dicis quæ? tanquam nescias.

Soc. Per canem nescio quid dicas, sed si
habet tot, unum saltem profer. Gor.

Dicite quæ habes, comædum uideris a-
gere. Cal. Quid est in quo non nos ne-
que præcipuè irriseris & turpiter etiam.
Primum incredibilia & falsa narrans, nec
ullam adducens demonstrationem. Me-
lius esse infelicem quam felicem, horum
quæ uidētur tantum habita ratione: Me-
lius pati iniuriam quam inferre. bonum
nnn s esse

esse sonum Lacerari apud populū à carnifice, ac melius quam in regia imperare deinde narrans fabulas de mortuis. Afferebas etiam noua præter propositum absurda, ut mihi prorsus delirare uidereris: uelut illud de æqualitate Geometrica. Vbi nunquam audiuisti tu tantus natū æqualitatem Geometricam. Rationem Geometricā seu proportionem & Arithmeticam & musicam scimus esse, æqualitatem Geometricam quæ sit tanquam diuersum ab alijs æqualitatibus neque ego scio neque puto te scire. At non hoc erat nobis imperitis mathematicarum uelle imponere: tum falsa propositione. Et si etiam uera fuisset quid illi cum probitate & felicitate ac uoluptate commune. An deerunt rationes in tam trito negotio, nisi tu nos ut pueros deludens talibus præstigijs circumuenisses; Socrates uideris mihi iratus.

Cal. At non sum iratus, sed neque ego animo pati possum irrideri. de his agant singuli pro suo more. Non mirum cum adeo intente suaderes ut mallems iniuriam pati quam inferre, at hoc agebamus

mus ut uideo tu uerò non ita: sed e di-
uerso malebas inferre quam pati. Quid
habes ad hæc quæ dixi? Cur hæres.
At tum illud age quod à nobis adeo sæ-
pe postulasti, ut breuiter respondere-
mus, at tu longas texebas illadas. Tu
nunc contra facito, & breuiter respon-
de, ego uerè quantum libet argumenta-
bor. Socrat. Vis ergo ut uideo nos
rursus disputare de hac causa? Mos
geratur: Sed quod de breuitate petis
haud par est. Cal. Cur hoc? Socra.
Quoniam disputatio difficilis est, & bre-
uiter respondendo captiones multas ef-
ficere posses. Calic. At cur ergo heri
tibi hæc licere uolebas, nobis non ita: ho-
die tibi uis rursus licere quæ non nobis
& nobis non licere quæ tibi licebant he-
ri? Socrat. Alia ratio est, nam ego de
Paradoxo disputabam, tu de re pertrita.
At etiam soles ergo ita facere, Sed mitta-
mus hæc, malo si lubet tecum congredi,
o Gorgia & tu Pole, quam cū ipso. Gor.
Cur ita? Soc: Quia iratus est? Gor. At
sic facilius illum rationib. superabis. Sed
postquam id tantopere desideras mos
tibi

tibi gerendus est, ea tamen lege quam & tu heri & Callicles hodie proposuistis. Soc. Omitte legem simpliciter agemus Gor. Sed de quibus? Soc. De iisdem libet de quibus heri. Gor. Placet conditio sed lex rata sit: Soc. Minimè: Gor. Saltem ut quisque pro arbitrio loquatur? Soc. Assentior. Gor. Sed quomodo disputabimus? Soc. Ego te interrogabo tu respondebis. Gor. Non: nam heri id egimus: Sed ego uicissim te inrerrogabo tu autem respondebis Soc. Non licet Gor. Cur? Soc. Quoniam nimis difficile erit mihi tot interrogantibus respondere. Gor. Non, sed singuli interrogabimus. Soc. At uni Callicli irato difficile erit respondere: Gor. Iam dixi nihil esse irā. Sed age nobiscum sic cum illo postmodum cum certandum erit secum conueuijes. Soc. Contentus sum, o Gorgia, ne subterfugere disputationem uidear: sed fas ut dum tu & ego loquemur ut omnino illi sileant. Gor. Ita fiet: Soc. Sed caue o bone ne mireris si multa quæ uobis heri negaui, hodie rursus disputando cōcesse:

cessero. Gor. Quis sic? Soc. Quia aliud est officium respondendis aliud redarguentis. Heri solum annitebar ut uos in contradictionem deducerem. Gor. Pulchrum sanè: Sed age ut libet, modo id obtineam Rhetoricam esse artem & quam nobilem atq; utilem. prestareque potètiã & opes paupertati cõtemptiue: nam hæc tot reor summa fuit totius disputationis. Soc. At ego tuebor contraria omnibus his, quæ etiã uera esse credo. Gor. Igitur ut à Rhetorica initium faciam: An putas, o Socrates, artem aliquam esse pugnandi? Soc. Militarem dicis? Gor. Non, sed quam uocant monomachiam, uelut apud Homerum sæpe, Achilles & Ajax cum Hector, & rursus Hector cum Patroclo, & Diomedes cum Glaucò. Soc. Satis, nō plura, item teneo. Gor. Nunquid putas aliquam esse artem pugnandi, ut uictore uadas? Soc. Quid armis cum Rhetorica? Gor. At heri non nisi similitudinibus ac longius multo petitis agebas mecum, nunc non idem mihi licere uis? Soc. Multa licent philosophis

phis ueritatis inquirendæ gratia quæ alijs non licent Gor. An tu solus es philosophus: & si sis: philosophis solis curam esse ueritatis putas? Socrates. Certe nisi alios nomines. Gor. Et iudicibus sane & mathematicis & artificibus. Socr. Sed id non profitentur? Gorg. Nil refert: sed he mihi uidentur caussiones ex hoc solum ortæ quod nolis licere tecum exemplis agere. Socrates Quippini? Gorg. Quæro ergo ex te duobus pugnaturis iuicem an credas fortunam solam & uires pro futuras? Socrates. Sane uel hæc sola uel plurimum. Gorg. Industriam & & agilitatem nihil? Socra. Agilitas pars est uirium. Gorg. Sit sane, nunquid etiã industria non opus erit? Soc. Erit. Gor. Qua an minorum aut histiorum aut textorum Soc. Nequaquã Gor. Qua ergo? Soc. Militari. Gor. Quali? Soc. Quæ doceat ictus uitare & infligere tum maxime uiolentos & lethales. Gor. Bene dicis: Sed hoc quod dicis quasi uulgare est, uellem aliquid magis proprium. Soc. Quale? Gor. Quo.

Quomodo hoc fieret? Soc. Non fui pugil. Gor. Sed aliud est scire exercere aliud differere: Socr. Vera dicis: Quid tandem? Gor. Proprius accedamus. Dixisti hoc munus esse gladiatoris inferre ictus ac deuitare: Et ictus quam uehementes atque lethales. Socra. Dixi: Gor. Vide quam proprias sensim accedamus. Id fiet commode si arma armis dum ferit opposuerimus: locumque uacuum ac maxime uitalem aggrediamur, uehementique conatu: ut etiam si in partem armis cōtectam inciderimus hominem prosternamus. Soc. Vera dicis: Sed modū docere oportet quo id facere possimus. Gor. Iam ergo obijciemus hosti arma ensem & que corpus tegunt, illū e diuerso qua parte nudus est feriemus incautum & ualidis ictibus: Soc. Iam hercule confecisti hominē. Gor. Semper ludis: Sed nunquid talia nulla arte indigent? Soc. Nescio que ars dici possit que hominē occidere doceat. Gor. Subterfugis egregie Socr. Sed omittam, miramillones & retiarios & oplomachos oēs de pugilibus & athleticis habes ne quod obij.

obijcias? Soc. In qua causa? Gor.
ne non sit illorum certandi ulla ars: Soc.
Est aliqua sed non adeo euidentis ut si uel
lem negare tu possis me conuincere.

Gor. ut ut sit fateris: non sum contem-
tiosus certiora sunt que à nō inuitis con-
ceduntur quam inuitis non est certamē
de uictoria sed ueritate. Itaq; si aliqua est
ars quæ hoc docere possit cur non & per-
suadendi? Soc. Peritia est non ars.

Gor. Cur pugilaris & lucta ars est,
persuadendi autem ars non est? An quia
difficilius sit euadere athletam peritum
in lucta quam perorantem facundum &
rhetorem bonum? At mihi uidetur secus
esse: nam athletas multos uideo, paucis-
simos bonos rhetores, & post exercitati-
onem multorum annorū.

Soc. Cir-
cumuenis me o Gorgia nec hesternā di-
sputatio fuit de hoc. Gor. De quo er-
go? Soc. Tecum dico. Gor. Nil

refert de quo agamus, seu de his de qui-
bus ego seu polus egit aut Callicles mo-
do finis sit ut uera & utilia quæramus.

Soc. Sed tamen decens est unum quen-
que contineri finibus suis. Gor. Hoc

ipsum

ipsum negocium totum mihi circa duo
uerfatur, primum ut intelligamus an ali-
qua sit ars persuadendi: an omnino nil
referat quomodo dicas aliquid: aut eti-
am an sit quaedam ut tu uis naturalis pe-
ritia, & cuique accommodata homini,
negocio, tempori. Alterum an persuade-
re homines utile sit Reipub. tamen his
qui persuadentur, & alijs etiam qui audi-
unt. Videris enim uelle defensionē ma-
lorum, scelerum, iniustarum causarū ma-
lum esse. Soc. Et certē. Nā si quis Ar-
chelai uitam moreſq; defendat, si quis il-
lum felicem dicat nonne plane abutetur
arte oratoria, etiam si ars aliqua sit orato-
ria. Gor. Dubito sane mi Socr. de ista
tua opinione, in qua duo admirāda mor-
talibus persuadere niteris, unū quod qui
omnibus affluunt bonis eos infelices ap-
pelles; qui contra in summis uersantur
calamitatibus atq; miserijs eos dicas esse
felicis. Alterum multo est hoc admira-
bilis, ut eos qui per uim atq; tyranni-
dem iam potiti sint potestate regia infe-
lices esse uelis, & tamen tu tuos amicos
ad iniustam potentiam horteris. Velut

Alcibiadem discipulum tuum qui sa-
 curda oratione patriam suam tuamque
 euertit Nescio quo consilio, quam præ-
 gnantium quæ fructus maturos iam &
 suaves odore, acerbos & noxios col-
 laudant atque diligunt. Socrates. In-
 furiosus es o Gorgia neque quicquam
 tale aduersum te ex me audisti. fungar
 ego uice magistri qui adolescentium a-
 nimos ad egregia facta accedo, quod si
 hi in patriam aut aliquem peccent, non
 ego illis mali causa fui. Quenam sanè est
 ars qua quis non queat male uti & nocere
 hominib. Gor. At o beate Socr. qd
 est ergo qd mala & errores rhetoricæ im-
 putes? Sed tu postquã de Archelao agis
 putas ne illũ quã diu uixit ac ualuit in po-
 testate fuisse felicẽ? Sed dic serio, nõ para-
 doxa proferas. Soc. Minime, malus em̃
 fuit. Gor. Minime malus bonus ne fu-
 it? Soc. Ah uides ne o Gorgia q quæ
 mihi imputas tu ipse agis? Gor. Non
 sanè, sed si sic agatur quando disputatio
 finem habitura erit? Soc. Nunc age
 quiduis, paratus sum tibi ostendere infe-
 licem fuisse Archelaum quoad uixit. Id-
 que

que sic ostendo: Omne malum est infœlix, omne flagitium est malum, omne igitur flagitium calamitosum est. Gor. Nihil agis, non tot habet polypus pedes quot modis malum infœlixque dicitur. Sed tui muneris nunc est respondere nō argumentari. Itaq; dic cui talis uisus est? Soc. Quid dicis? Gor. Dico si infœlix fuit cui uisus est infœlix? An ipsi sibi, an populo, an aulicis an Dijs? Soc. Iuro tibi per canem quoniā non idem mihi uideris qui hesternā diē Gorgias, ad cō Callide argutaris. Sed age quæso, respondebo neque tibi neque aulicis neque populo neq; Dijs: at forsan de hoc (dubito enim) sed sapientib. Gor. Ha ha ha: pulchrū sanē responsum, postquā nostra felicitas nec à nobis, nec ab alijs, nec a Dijs etiā ipsis estimāda est. An nō magna felicitatis pars est seipsū existimare felicē, aut calamitatis, miserū? Quid dicis ad hoc o Socr. Soc. Nō uere, sed hæ sunt stulte cogitatiōes Gor. Quid tandē erit ergo hoc nostrū uiuere? Soc. Sanemiserū est se miserū existimare? Quā si uere miser es, si falso: stultus: stultus aut miser.

Habeo iam quod uolo. Soc. Nō, nam dempta opinione ipsa non est miser qui se frustra & falso miserum putat. Gor. Atiam miser est. Soc. Fateor. Gor. igitur propria opinio multum facit Soc. At non ad ueram miseriam. Gor. An stultus non uerè miser est? Soc. Est. Gor. Igitur qui se miserum putat uerè etiam miser. Soc. Sed non ob id quo se miserum putat, ut pote pauperiem, carcerem, sed quia fallitur. Gor. o egregiam subtilitatem, est & non est. Sed satis habeo uerè miserum esse quia se miserum esse putat. an hoc etiam negat? Soc. Non. Gor. Iam ergo totū habeo. Soc. Non Gor. Quomodo? Soc. Audi: est ille sanè miser quia dolet & angitur: & uerè miser, quia stultus: Est miser quia miserum se putat, quia ob id ipsum fallitur: Non tan miser est uerè, ut si hoc quod sui esset arbitrij non existimaret, felix esse posset. Gor. Ecce maiorē adhuc subtilitatem. An uerè miser est? Soc. Est Gor. Est igitur uerè miser & non est. Soc. Nō arduū est mihi in huiusmodi exercitatiōe talia cōcedere atq; fateri. Ve-
lut

lut si dicam homo est felix ad canem cō-
 paratus & ad hominē infelicem, non est
 tñ simpliciter felix & infelix. Gor. At
 adde uerè felix & infelix. Soc. Et nul-
 li comparatur. At addo etiā uerè. Sed cō-
 paratio necessaria est, quia cum dico ho-
 minem hunc qui decipietur esse uerè in-
 felicem, aliud est ut dicā simpliciter & nō
 est uerè infœlix, aut quatenus decipitur,
 estq̃ infœlix. Multa aut̃ talia in uita hu-
 mana contingunt. Sed perge, nā & si to-
 tum cōcedā in hoc & uerè ac simpliciter
 fatear huiusmodi hominē esse infœlicē,
 attamen nō ob id im̃pbum qui se beatū
 esse putet, concludes felicē esse. Gor.
 Intelligo o Socrates sed falleris dicere e-
 nim uis eum qui se infelicem existimat
 non uerè esse infœlicē, ut ille qui pœnas
 luit sceleris, quod possit resipiscere: prior
 enim nullo eget nisi seipso ad hoc ut infe-
 lix non amplius sit. at qui in rota torque-
 tur etiam alio q̃ seipso indiget utpote
 carnifices uel iudice qui illum liberet, me
 dico qui curet si curari possit, ut infœlix
 non sit. Sed hoc non efficit ut infœlix pri-
 or non uere sit; quanq̃ minus quā hic.

Nam & in his quæ uere sunt alba, calida
 sapientia, unum altero albidius, calidius
 sapientius est Ita & in uere felicib. Soc.
 Si prior ille admonitus fuerit nō erit in-
 fœlix. Sed fac ut infœlix opinione sua fi-
 at, non ob id felix felix opinione euadet.
 Necq; enim Archelaus felix ullo modo
 esse potuit. Gor. Putauit ne se felicem?
 Soc. Minime. Gor. Cur? Soc.
 Quia nouerat se sceleratum: Gor. Cur
 ergo scelera patrabat: Soc. Impetu quo-
 dam animi ductus. Gor. At quare post
 primum ac secundū & tertiu scelus non
 desuit aliquādo scelestus esse? si scelere se
 inferiore opinione sua fieri animaduert-
 tebat. At caue Soc. ne ut in alijs noua q̄-
 dā & inaudita fingant? dogma tuū tuea-
 ris. Soc. Perge. nā & si se suo iudicio &
 aulicorū & populo quod negare nolim
 felicem existimauerit, plura tamen & po-
 tiora deerant ut esset felix. Gor. Quæ?
 Soc. Quod deorum, quod sapientū iu-
 dicio, quod uere re ipsa felix esset. Gor.
 Multa sane Socrates: Sed uideris eorum
 more facere qui plures nominant testes
 uix unum adducunt in iudicium. Nam
 Deos

Deos ipsos si quis admittat, si animos
immortales esse affirmes, non pugno, ve-
rum ut uideris tu quidem, ut referunt
utraq; sustulisti, saltem huic rationi mini-
me insistis aut confidis. Soc. Vera di-
cis, possum enim uel sine illis mea osten-
dere & euidentius Gor. Sed caue ne
fallaris. Mihi certè hoc illud uidetur
argumentum efficax, & machina qua
sceleratis, ne non beati dici possint, oc-
curritur. Soc. Mihi sufficit timor &
conscientia facti. Gor. Quid si illi ti-
mere nolint, nec tam tristentur sceleris
conscientia quam latentur potentia, o-
pibus, uoluptatibusque adeptis: non ut
omnia ista tua somnia de metu & pœ-
nitentia concidunt & in fumum uertun-
tur reddunturq; ridicula? Socr. uix
fieri potest ut in conscientia magni scele-
ris homo non timeat, pœniteat, contri-
stetur? Gor. At ego o Socrates hæc
nego: quando quidem uideam etiam
morituros non timere, quo in casu etiã
omnes fortes timere deberent, a deo sce-
leratis flagitia animũ occuparũt. nũc uix
ut laruas quę uix pueri timẽt reformidẽt.

Attamen multi post magna scelera semper torquentur: uelut orestes occisa matre, quanquā nec sine causa. Gor. Pulchrum inuentū ad Tragœdias cōficiēdas, ut & illud de cedippo. Sed facit uera fuerint, dicā de his ingenuē quod sentia Cur Hercules infans iustam ob ultionē centauro, nihil mali passus est occiso laomedōte Troiæ rege, cum filijs urbe direpta, uirginibus raptis nulla causa. at hoc uos uirtuti tribuitis, quod ob suspicionē in portu cum suis comitib. morā ducere phibuerit. Soc. At barbari illi erant. Gor. Vide ne fallaris tu tuicq; studiosi qui homines non homines esse existimetis, quod uel eadem lingua nobiscum utuntur aut non eadem conditione uiuūt, sed seruiant. & ob id iniuriam in huiusmodi uiros iniuriam esse non putatis. Mihi homines omnes humanitatis officio digni esse uideātur. Qd' si discrimē aliquod facere oporteat, nō à patria aut lingua aut opibus uel conditione facere oportere crediderim, sed à moribus & beneficio in humanum genus ac sapientia. his em̄ tribus metirer dignos & ab indignis, si mo

modo equum esset distingere, disiungerem. At tu cū ciues ab inquilinis, Græcos à barbaris, liberos à seruis distinguas, uideris beneficia fortunę sequi non sapientis, qualis uideri uis, & iudicium uulgi amplexari, miseriam miseris addēdo, beneficia non indigentib. potius quā indigentib. prestādo: nec Deorū more æquas saltem portiones omnib. distribuendo. Ignosces autē si quid in te acrius dictū uideatur ueritatis studioso. Soc. Non indignos, sed tñ & barbari & serui nequiores ingenuis Græcis uidentur & ob id post habēdi. Gor. Pulchra excusatio: Sed pergamus ad Archelaum rursus, quāuis simus Athenis. hunc dicis non fuisse beatum sapientum iudicio. Sed primū scire uelim quid intelligas per sapientes. nā periclem referunt fuisse sapiētem qui & ipse tyrannidem occupauit: Et ut non solue re pecunias quas ex mineruę ædis constructiones. populo debebat uniuersam Græciam exitiali bello implicuit. hunc netu multo deteriorem Archelao dixeris: qui & si proximos occiderit duos tñ uel tres & ipsos tyrannos & tyrannorū

sanguine genitos. non ergo horum sapi-
 entum iudicio dixeris Archelaum infor-
 licem. Sed neq; eo ū qui paucis ante an-
 nis nomine sapientię clari habiti sunt cū
 ex his Periander tyrannus fuerit Corin-
 thiorum & sæuus satis, qui etiā occi-
 dit uxorem non ne ergo felicem horum
 sapientum iudicio dixeris? Soc. Sanē
 Sed hi quanquam nomen habuerint, nō
 fuere sapientes. Gor. Sed qui nam
 ergo? temetipsum forsan eo nomine di-
 gnū solum iudicas? Sed & si sis, pauci
 cū tñ erunt huiusmodi sapientes. Soc.
 Pauci sed horum iudicio standū est non
 populari aut fallendo semetiplos, arbitra-
 ri qd non est. Gor. Sed quorū iudicio
 credam ut hi uel illi pauci quos tu dicis
 aut arbitraris esse sapientes uere sint sapi-
 entes. Soc. Quæstionē Soriticā faci-
 cis ex re manifestissima. Si sunt sapientes
 qui uera solum cognoscunt bonā, omis-
 sis fucatis. Gor. Manifestissimum esse
 dicis quod apud me dubium maximē
 est, apud alios aut falsum Quis em̄ nouit
 quæ sint hæc uera bona tu dicis esse in ro-
 ta bonum uirū esse uirū bonū, nemo tibi
 assen

assentietur credo. at Archelaus, Periander
Pylistratus, Pericles, Phalaris, & qui urbes
concientes exagitant, dicent bona uera
esse opes, gloriã, potentiã, sanitatẽ, filios,
diuturnitatẽ uitæ, uoluptatẽ, regũ amici-
tias, lucra qualiacũq;, amicos, factionem
honores. uirtutẽ autẽ & probitatem etiã
integras & non uexatas fucata appella-
bunt. Omnesq; ut uideo dicto audiẽtes
habebũt. habemus ergo rursus dubium
quod pro constanti assumptũ fuerat. At
quod aliqui flagitijs torqueant (hoc est quod
dicere omiserã) ratio est quoniam nõ ingenio
atq; prudentia ualent ac fortitudine, sed
solum immensa cupiditate agitantur. i-
deo ingressi uadum ex eo explicare neq;
possunt neq; rem perficere, miseriq; me-
tu & difficultatibus discruciantur, in qui-
bus præter temerariã uoluntatẽ nihil fu-
it ad consequendũ grandem fortunã pa-
ratu. Quibusdam uerõ etiã aliquid plus
fuit ingenij uel solertiæ, uerũ parraro fa-
cinoze cum ex ira & cupiditate adesse
solum audacia defere senibus illis ad
fœmineum timorem & ad persuasiones
quorundam cantati animo pœniten-
tiam.

tentiamque facti deuoluti sunt. Soc. Sed
caue, aliud enim est quod in causa est sci-
licet breuitas ætatis, ut qualiscumque conditio
(cum diffluat) in tam inconstanti animo
perturbationem maximam efficit. ut be-
atorem dicat esse probum non omnino
egentem quam hos dicos tyrannos.

Gor. Nunc uera dicis & consentanea
sensibus & rationi, ac omnibus qui sapi-
entes uerè sunt, id est, quietis animis. ne-
que enim dubium est hos feliciores mul-
to esse illis. at heri cum narrares eculeos,
tormenta, miseriam seruitutem, uel
lesque in illis hominem deliciarum uelut si
picta essent (nec sanè scio an etià liceret)
uidebaris (uera tibi dico) insanire. nunc
autem gaudio te rediisse Dñs uolentibus
ad sanum iudicium. Soc. Multa dicē-
da essent o Gorgia, nam res humane, &
uiuendi rationes & quæ de Dñs ferun-
tur, similia sunt præcis pharmacopola-
rum è quibus tertia pars adimi in soluti-
one consuevit. quod si pharmacopola so-
lum petat quantum debetur res sua sanè
perierit. Si quis quæ De eo sentit, de rebus
humanis de uirtute, de ordine huiusmō-
di.

di ſolum uera proferat, adēpta tertia par
 te illa nihil proficiet. quamobrem cogi-
 muro Gorgia aliquid plus ueris addere.
 Gor. Rectē ſanē ſi ita ageres ſed uide-
 ris contra adimere. Quæ de Deo, quæ de
 Animorum immortalitate, de cura rerū
 humanarum. Soc. O Gorgia o Got-
 gia oportet tū qui perſuadere debet con-
 ſuetudinem hominū ſequi potius quā
 ueritatem. Si enim de Deo, de animorū
 immortalitate uerba faciam, cum perſu-
 aſi ſint longe aliter, dicent homines, ma-
 le hæc cauſa tueri poteſt quæ non niſi fa-
 bulis defenditur. Ob hæc oportuit ad
 uirtutem, ad honeſtum, ad ſubtiles quaſ-
 dam argutiunculas descendere, illisq̄
 tantum addere ex fictis rationibus quan-
 tum quorundam peruicacia ex ueris a-
 miſimus. Gor. Sed nunquid aliquā
 habes o Socrates, omiſſis diuinis, effica-
 cem perſuadendi rationem quod præ-
 ſtet homines eſſe bonos Soc. Non
 ſane meliorem quam hucusq̄ audiueris
 dixiſſem enim. Gor. Mihi uiderur eſ-
 ſe quippiam, ſed dicere non audeo
 Soc. Dic quaſo Gor. Non puto ſa-
 tiſa-

tisfacturam tibi. Soc. Imò dic ut pro
 sis omnibus. Omne enim meum studiū
 est quo possim homines efficere bonos.
 Et si mea iam mihi satisfaciebat oratio,
 cur tua non satisfaciet, quam meliorem
 esse credo. Forsan illam addere posses de
 ordine uniuersi, quam ego olim magni-
 faciebam, uelut de crasso qui luit pœnas
 proditionis ab aui sui, ui fallor. Sed ut ui
 deo eandem habet hec ratio difficultatē
 ad persuadendum, ut quæ ex umbratili-
 bus constet, & eo deterior est quod quo
 tidie experiamur falsam esse. Gorg.
 Vera ais, neq; huiusmodi unquā deten-
 sionem probaui. Soc. Quid ergo dic
 sodes, aueo enim audire, quod nunquā
 cogitare potui. Gor. Non ne putas
 seu Deum seu Deos, seu naturam ipsam
 hominib. atq; ceteris animalib. ita consu-
 luisse ut nō unius illorū sed totius gene-
 ris utilitatis potius, tū uerò si nō omnib.
 maiori tñ ac meliori parti p̄spexerit. Soc.
 Existimo equidē: Sed q̄ hoc ut dici solet
 ad rhombū: nam & Deos sic adducis in
 medium, & quod nō quisq; sibi bonum
 esse putet p̄ponis, sed cōmune quod-
 dam

dam omnibus bonum: uiderisq; longius exordium petendo uellenos circumuenire. Gor. Nequaquam neq; enim his tanquam necessarijs uti uolo, sed ad declarationem rei ipsius duntaxat. Equidem hoc solum postulo mihi concedi, quod etiam Pericles & Pysistratus & Archelais si uiuant sint concessuri, scilicet aliud esse bonum publicum aliud priuatum Archelai uel etiam Phalaridis. Soc. Id negari non potest. Eos uerò qui bono publico student dici uiuere secundum uirtutem, qui proprie sceleratos ac flagitiosos aut incontinentes uel iracundos aut sauos aut iniurios. nam iudicem qui fontes punit crudelē non dicimus quando id non sui sed publici cōmodi causa faciat Soc. Annuo: Sed qd hoc tandē ad felicitatē infelicitatēq; singulorū. Gor. Satis, memor eorū esto quē diximus. Nā eo Dñi constituerunt metā uirtutis quæ ad uera bona & publicū cōmodū terminat. Et si qis limitib. se cōtineat modo felix dicat aut infelix nō cōtēdo secundū uirtutem uiuere dicet. Soc. Vera dicis, sed hoc non est de quo disputamus: Gor. Satis

Satis o Socrates: Si quis hoc leuiter trā-
 grediatur modo felix dicatur aut infelix
 rursum nō contendo, sed flagitiosus aut
 improbus aut malus appellabitur. Soc.
 Quippini? Gor. Natura nostra in bo-
 norum acquisitione ne ullum quidem in-
 uoluntate terminum præfinit? An si di-
 ues sit quispiam postquam non sibi li-
 mites censituit bonum ac iustum & ho-
 nestum, alios proponet: Soc. Certe
 non uoluntate saltem Gor. Quis est
 hominum qui ubi honesti metas egres-
 sus est nolit opes uniuersi, mulieres ad li-
 bidinē, ulcisci quosuscq; participes inu-
 riarum quas accepit, quos oderit, nec ul-
 lum finem facturum sit postquam neque
 quod honestum est neq; quod satis est
 finem sibi facit. Soc. Vera sunt hæc
 Sed finem tamen sibi proponunt, Phala-
 ris Agrigentinum, Pericles Athenien-
 sium, Archelaus Macedonum tyranni-
 dem. Gor. Voluntate: Soc. Non
 Gor. mirabar, Nam & Pericles tot in-
 commodis proprijs potentiam Atheni-
 ensium amplificare conatus est Et Pha-
 laris Agrigentinum; Quis iure existi-
 met

met quorum corpora aduersus tot incō
moda non conquiescunt animos quie-
turos. Soc. Sed tamen quiescunt nec Ar-
chelaus bellum gerit, nec pifistratus, nec
Periander quod aut dicitur adepta tyrā-
nide. Gor. Ita sit, nescio enim. Sed si
modo quieuerunt, non hoc sibi conti-
git uel quod metam res ipsa haberet, aut
emimus effingere præterquam honesti,
& equi posset. Sed uel timore, uel quod
alijs uoluntatibus distraherentur magis
aut segnitia quod iam delassati essent,
acquirendis quæ prius acquisuerunt.
Soc. Tamen quieuerunt. Gor. Sed
non quieuit animus quin plura optarēt
atq; desyderarent Soc. Fateor. Gor.
Si hoc ergo ita se habet: ubi homo laxa-
uerit iusti æquicq; aut ueri boni habe-
nas, incipitq; optare opes, mulieres, ul-
tionem, uoluptatum usum, iam statim
se committit uado calamitatum pelago
Nam aut obtinet, aut nō obtinet. si qui-
dem non obtinet, perpetuo Tantalea fa-
me siticq; præmitur, qua nihil miserius e-
tiam inter inferos, & pro impiorum sup-
plicio excogitare, maiores nostri potue-
runt,

runt. Sin autem expleuerint longē ma-
ius, & tuiplex incommodum, & calamitas
maxima imminet. Primum quidem
explendo, ut in libidine, & crapula, ut si
mul cum uoluptate intereas, aut in mor-
bos incidas grauissimos, & insanabiles.
Secundo ne dum ulcisceris iniurias, a-
crius ab alijs opprimaris. quod quot eue-
nerit tyrannis exemplum tu ipse nosti.
Et si non id accidat nemo tamē hoc me-
tu liberare potest. Idem periculum in cra-
pula, ab insidijs, & ueneno, idem in si-
pro ab iniuria, idem in crudelitate, à po-
pulo, à custodibus ipsis, à domesticis tu-
is, à coniūctis, & amicis eorum in quos
sæuis. Iam demum omnibus in his pro-
spera fortuna utaris cum flagitiij finem
maior uoluntas te urat, si rapuisti, ut ma-
iora rapias, si ultuses, ut de pluribus etiā
sumas ultionem, si sæuieris, ut magis in
alios sæuias, si uirgines secunda fortuna
constupraisti ciuium, modo ut alias, tuā
quæ tuo non sint subditæ imperio, possi-
deas, nuptas pueros. Si iniuria te dele-
ctet, quin alios plures maiore ludibrio
habeas. In tanta cupiditate improbarū
rerum

rerum quomodo fœlix esse potes, cum quanto magis impleris eo magis cupias atq; indigeas, in tam fragili conditione periculum, & iactura maxîma semper abesse poterunt? Adde breuitatem humanæ uitæ, annos meliores præteritos, auctum desyderium, vires imminutas, tot casus inexpectatos, eam instabilem fortunæ conditionem, tot aliorum principum insidias, uersari in er tot tuorum odia, quomodo fieri potest, ut qui iam opinione sua miserrimus fuit, facto etiam & euentu talis non fiat. Dicis de Archelao quem fœlicem fuisse putant, tu negabas, sed rationem minime efficacem docebas, huius suæ infelicitatis quot credis misterijs animi illum circumuentum: sciebat eripi sibi quod alijs iniuste eripuerat, regnum à quocunque posse, neminem id non cupere tam, & si pauci possent. Norat non sibi cuiquam fidendum, nullum sibi esse amicum, uicinos reges odio habebat, & timebat Insidias, uim, bella perpetuo sibi inferri meditabatur. Soc. Quid omnia in præteritum refers, de præsentibus loquaris,

nam & adhuc uiuit. Gor. Sit ita ego
nesciebam, Sed si modo, & nuper uiue-
bat cum absens sit, mortuus esse interim
potest. Talibus uiris mors momētanea
instare consueuit. Sed ut uis, dicamus
frui tyrannide, uerum cum maxima in-
felicitate. Soc. Persuaderes sanē: Sed
cum uideā reges Persarum qui fratres,
& proximos occidunt felices esse, ea fe-
licitate de qua nūc sermo habetur, nam
de uera sumus concordēs, non habeo
quod dicam. Gor. Falleris in hoc ual-
de o Socrates. neq; enim rem hanc intel-
ligis. Qui proximos occidunt, quos tu
scelestos appellas modo securitatis gra-
tia id agant, non sunt iniusti: nā regnum
diuidi non uult, nec etiam insidijs sub-
iacere, aut seditionibus exponi. Qi ergo
regnum ab his occasionibus expurgat,
nō est malus neq; iniustus, iuxta ea quæ
docuimus. Neq; si quis tuto licet aduer-
sus leges tantum apparet opum ut ui-
tæ satisfaciet, tamē propriæ tum filiorū,
impius dici debet. Sed in omnibus hoc
unum inspicere oportet, an habenas la-
xet iustitæ quiq;, an in illud uastum pelag-
us

gus incontinentiæ sic conferat, an non?
siquidem suos occiderit, aut rem iniuste
ad uitam parauerit, præsertim si non mi-
seros spoliauerit: is uero postea iuste in
omnibus uixerit, claustris honesti se cõ-
eluserit bonus dici potest, & esse fœlix.
Soc. At ergo poterit aduersus leges fa-
cere, & iustus appellari inquit esse. Gor.
Imò & quod maius est, iustior longè es-
se eo qui secundum leges uixerit. Soc.
Quomodo? Gor. Finge duos prin-
cipes quorum uni plures sint filij super-
stites relinquuntq; hæredes omnes pro
portione: alteri sint, plures fratres, mali,
ambitiosi, uiolenti, quos occupato re-
gno omnes occidat: Sic quidem iuste,
& aduersus leges ille secundum leges at-
que iniuste egerit. Soc. Durum o Gor-
gia. Gor. Imo planum nam si hic uo-
luerit ferre fratres, mille in subditos iniu-
rias conferent quas si non ulciscatur in-
iustus erit, si ulciscatur in discrimen uite
& regni ipse incidet. Verum si commo-
de illos arce aliqua concludere poterit,
aut mites hi uiri sint, aut pueri, occiden-
do impius euadet. Contra ergo prior il-

le alius pater dum magis filiorum com-
modo prospicit quam iustitię meminit,
& tranquillitatis subditorum, iniustissi-
mus euadit. Soc. Quid ergo profunt
leges si seruare iniustum est, frangere pi-
um? Gor. Factę sunt multitudinis
causa. Oportebat enim maxima ex par-
te, sed generaliter esse non possunt, scire
homines quid seruandum quidq; uitan-
dum. Soc. Mira refers o Gorgias, gau-
deo quę intellexisse uiam fore qua quis
docere possit iniustitiam flagitiaq; sem-
per esse mala, quanquam esse utrumque
tuo modo postea definias. Gor. An
ergo non longē melius est, in summa qui-
ete atq; tranquillitate uiuere, quando-
quidem uita nostra tam breuis sit ac fra-
gilis, & uirtuti honestatiq; operam da-
re, simulq; conscientia non torqueri, be-
ne sperare in posteriore seculo, a dijs nō
metuere, famę consulere, quā cupidi-
tatis laxatis habenis se precipitem dare?
In quo ipsa cupiditas iam dira est, & ut
fax cor nostrum urit, exitus incertus, &
periculis extremis plenus: quod si etiā
obtineas, breuis sis possessurus: atq; inte-
rim

rim longe maiore miseria quam si in priore uicta permanisset, Soc. Vera mihi dicere uideris omnino, fateorq̄ me uictum. Sed tamen illud me mouet cur tam multi, et egregij uiri tum prudentes huiusmodi uiam tentent. Nam ut uideo stultum planè uiderur tentare cum tot periculis, & difficultatibus id quo adeptus miserior quam antea. hūc scrupulum si exemeris iam non dubitabo solum bonorum felicem esse uitam. Quamquam illud postea etiam superest dubium, tamen si mali omnes sint infelices, non tamen liquido constare bonos felices esse. Gor. De hoc postmodum dicemus, non est aliud: sed quod prius retuleras, cōtingit quod homines, uelut scabie corporis, & pruritu cum multi laborent, scabere optimum ducunt: ita etiam animi scabie seu natura, seu educatione, seu contagio exempli cum multi laborent, etiam si exitiale quod proponunt, quod cupiunt esse putent, solo illo impetu ducti, & sine proposito, omnium ærumnarum, periculorum, omnisq̄ rationis obliuiscuntur. His dictis paulu-

lum conquieuit. tum Socrates inquit. Postquam tam difficilem mihi quaestio-
nem explicasti de malorum miseria, de
bonorum felicitate etiam si potes perfy-
ce. Gor. Non existimo uerum esse, bo-
nos omnes esse foelices, quando quidem
si ita esset inter foelicem & infoeelicẽ me-
dium nullum magis esset, quã inter bo-
num, & malum. At cõstat quosdam nec
foelices esse nec infoeelices. Preterea con-
stat multos bonos tyrannis dedisse pœ-
nas, alios infontes pro fontibus damna-
tos. Illud ausim tamen dicere, paucissi-
mos uere bonos ad eas paruenisse mise-
rias. Et plerosq; illorum qui male perie-
rint fuisse non uere bonos, aut saltẽ bo-
nos ex lege, id est, legum obseruatores.
Nam hi primum legibus prauis parent
quæ seruos negligunt, pauperes præ-
munt, potentibus fauent. Deinde sic ad
uiuum illarum interpretationem rese-
cant, ut etiam plura legibus interdicta
permissa sibi existiment. Ut uero dixi
uiri boni, ut rarissime sunt infelices, ita
constat ex priore ratiocinatione felicitatem
solum conuenire bonis. Et bonos
quos-

quoscunq; qua parte boni sunt, foelices esse. nam raro contingit necessarijs hominem destitui, qui si non careat bonus, dum modestiam. Et moderationem adhibet cupiditatibus, foelix est. Multum uero refert scire, non esse foelices malos quamuis sint potentes, aut diuites, aut uoti compotes. Maxima enim miseriae pars est, miseros se existimare: at hoc facit id credere alios esse beatos. At ubi homo rescuerit non esse beatos potentes, idq; uere non per cauillationem, aut disputationes de pulchro, & honesto, statim animus quiescit, & tranquillus fit. Idq; maxima pars est, felicitatis. Soc. Videris innuere non esse felicitatem in diuitijs atq; potentia, disputationemq; de bono, & honesto sophisticam esse, illamq; contemnere. Gor. Non magnifacio sane. Soc. Sed audi, nullum bonum non esse honestum, assentiris? Gor. Dubito, nes satis conuenit apud nos quid bonum sit, quidue honestum. Soc. Iterum audi, si uera non est, igitur que ei repugnat, aliquod bonum non est honestum, uera esse potest. Gor. Ita sit,

fit. Soc. Fareris ergo. Gor. Cur nō
 cum nondum constet quid sit utrumq;
 Soc. Si uera est hęc, aliquod bonū nō
 est honestum: Et omne honestū est pul-
 chrum, sequitur ut aliquod bonum non
 sit pulchrum. Gor. Nec sequitur, nec
 si sequeretur uideo quod nam maius sit
 hoc inconueniens priore. Aliud e-
 nim est bonum aliud pulchrum. Soc.
 At o bone non sequeris rectam uiam.
 nam bonum id est, quod delectat estq;
 pulchrum. Gor. Tricę sunt hęc. Sed
 habes ne aliud de quo agamus? aliter ne
 me interpelles de hesternā disputatione
 in qua totus scopus fuit, ut ostenderet,
 Rhetoricam non esse artem ullam, nec
 si sit eam esse utilem. Soc. Non hęc te
 cum disputauī, uerum potius cum Cal-
 licle & polo, quare ne ordinē nostrum
 interturbes. Gor. Vis ut relinquam hoc
 negocium his o Socrates. Soc. Maxi-
 me cupio, & opto. Gor. Mos agatur, sed
 non uideo quid intersit, à quoueritatem
 audias. Verum auditis Pole, & Callicles
 quid uelid dicatq; Socrates. Po. At ego
 uires meas implebo postquam ita uis o
 Gor.

Gorgias, sed uidebor gauia pro olore ir
replisse. Gor. Noli hanc mihi presentem
tribuere laudem o Pole, que neque absen-
ti conueniret, sed iam incipe. Po. Heri
si bene memor sum uidebaris omnes uir-
tutes o Socrates tanquam utiles, hone-
stas atque bonas collaudare. At mihi non
ita uidetur, si modo bonum appellas
quod nos iuuat, & prodest nobis estque
utile. Nisi forsitan aliud hoc nomine intel-
ligebas, uelut & honestum: nam quod
omnes uirtutes honeste sint haud ambi-
go o Socrates, nec quisquam de hoc ad-
uersum te contendet: at cum postmodum
dicas eas esse utiles nego, nescio quid
hoc boni nomine a te significetur. Nam
uideris o Socrates illaqueare responde-
tes improuisis quibusdam uagis, ac ua-
rijs interrogationibus, homonymisque di-
ctionibus, ut quisque sunt facile implicetur.
Quare age cum ueritas simplex sit,
eam si placet etiam simpliciter disquiramus,
uideamusque omissio bono, tanquam
nomine non re quadam, an uirtutes om-
nes utiles sint. Si enim erunt, erunt et-
iam bonae, si non erunt utiles, non erunt
etiam

etiam bonæ, nisi eatenus quatenus etiam honestæ erunt. At de hoc ut dixi, nulla est quæstio. Soc. Cur me trahere uis extra sententiam, & uerba iam sumpta, & probata. Disputabamus enim heri, an uirtutes essent bonæ, non an utiles, quanquam non quidem si sint bonæ cur etiam non sint utiles. Po. At mihi uidetur considerandum potius o Socrates an sint utiles: nam eo demonstrato, aut reiecto poterimus postea concludere, an etiam sint bonæ an non. Socrates. Videris mihi discedere à promissis, & pactis o Pole. Po. Qui sic? imò non. Soc. Imò discedis imprudenter, ut reor o Pole. Po. Quo modo? Soc. Quia dixisti uelle te imò omnes nos disserere de his de quibus dubitatum est atque conclusum heri. Nonne? Pol. Equidem. Soc. At heri dubitatum fuit, atque conclusum uirtutes esse bonas non utiles. Vide ergo quid agas? Po. Iam uideo quam callidus sis o Socrates, & non tantus amator ueritatis quantum te esse profiteris, & uideri uis. Quis dubitat hanc non fuisse conclu-

clu-

elusionem, an uirtutes essent bonæ? Sed hoc quæsitum nullum est, quia quid sit hoc bonum adhuc inter nos non conueniret. Vt ergo cōueniret dico, per bonum utile intelligi non posse, sed honestum. sed nunc quæstio eodem reuoluitur unde cœperat. quare sine ut hoc inquiramus o Socrates. Nam si in controuersiam ueniret, an triangulus haberet ne duos rectos an non, nonne uelles, o Socrates primum ostendere quod exterior angulus duobus interioribus ex aduerso æqualis esset? Soc. Facerem id quidem. Po. At & nos o Socrates idem nunc facimus, ostendēdo primum quæ nam uirtutes utiles sint quæ autem non habenti dico (nam ut honeste sunt, cuiq; ita etiam utiles Reipub. Omnes sunt.) Soc. Age tuo more postquam utile à bono separas. Po. Non hoc prorsus sed non idem bonum, & utile esse dico. Soc. In quo differunt? Po. Quoniam cum omnes uirtutes honestæ sint habenti, non tamen omnes sunt utiles. Soc. Quæ non utiles sunt? Po. Enumerabo primum utiles ex quibus intelliges

liges plures non esse tales. Soc. Quæ tandem sunt utiles uirtutes? Po. Prudentia, solertia, comitas, temperantia in quantitate rerum, patientia opportuna, industria, laboris amor, parcitas. Soc. Non aliæ? Po. Non quod sciam? Soc. Ergo neque iustitia neque liberalitas nec temperantiæ nec patientiæ reliquæ nec fortitudo pro patria, nec splendor cultus non fides, non amor, non gratia nec pietas, nec humanitas, nec misericordia utiles erunt hominibus? Po. Erunt. Soc. Quid ergo ait? Po. Habentibus non erunt. Soc. Quibus ergo? Po. Alijs qui cū illis uersabūtur, & Reipub. hominibus. Soc. Non ipsis met? Po. Nequaquam. Soc. Quomodo id uerum esse docebis? Po. Per singulas ex his discurrendo, uelut de iustitia primū dicemus. Honestum est iudici continere manus, nihil accipere, ius suum unicuique tribuere. At si id faciat pauper semper erit. At utilius erit uenale habere ius maxime in dubijs: nam id adeo manifestis obnoxius fiet legibus: quapropter si tutò agere uelit, quod plerique faciunt,
ab

ab utrisque accipiet, ab eo cui nullum est ius, simulando se decernere uelle: ab eo qui potior est, simulando decernere nolle: plus tamen ab hoc demum, & reddendo cui debetur, & pro eo decernendo. Ita nomen etiam iusti conseruabit. Solet autem hos uulgus tardos iudices, sed iustos appellare. Cum uerè sint iniusti sed cauti. Soc. Quid si alius quærat quod dederit. Po. Respondebit non coegisse, distulisse sua gratia tam diu, ut etiam aduersarius quæreretur: ut si quod habere uel eruere posset ius erueret, interim etiam possedisse. Multi etiam ex his possessionem primo relinquunt ei cui non debetur, ut duas facias sententias, primam in possessorio, ut uocet, secundam in patitorio. Vtramque serius quam possunt. Ecce quod iniustitia utilis est exercenti, ergo iustitia damnosa. Soc. Vera concludis si utile hoc modo definiendum sit. Po. At ego aliter definire nescierim, si modo calceum calceum, & panem panem, & lignum lignum, appellare uelim. Soc. At hoc modo plures erunt, uirtutes, non utiles habentibus quam utiles.

les. Po. Sané ego tamen urriusq; géneris quot sint, non dinumeravi. Soc. Sed uideamus de alijs si placet. nam pluribus testimonijs res ipsa melius intelligetur. Po. De liberalitate agamus. Nō ne pecunias plures possidere præsertim tenuis fortunæ, uiro utile est, imò necessarium si fieri possit, & pulchrum atque decorum? Soc. Vtiq; saltem mille eo modo quo utile disiungis à bono. nam ego dicerem utile fore quod esset pulchrum, & honestum. Po. Si igitur utile est, plures habere pecunias inutile erit pauciores efficiere, non ne? Soc. Vtiq;. Po. At qui liberalis est, pauciores efficit pecunias quas habet pauperiorq; efficitur: nonne o Socrates? Soc. Equidē Po. Liberaliter igitur inutilis est. Soc. Vitiosa est argumentatio. Po. Quomodo? Soc. Ego pariter sic argumentari potero quod qui fœnori dat pecunias, qui agrum emit uili, qui filiæ dotem dat, fiat pauperior, & quod inutile non solū sit ista facere, sed etiam damnosum. Po. Non idem est: nam qui fœnori dat post modum plura recipit: qui agrū emit fit ditior

ditior redditibus quam antea: Qui do-
tem dat filiæ locupletem eam reddit.

Soc. At qui liberalis est, licet ære pau-
perior fiat, & ob id sibi noceat, amicos
tamen parat, & bonum nomen: fit terri-
bilior inimicis, aliorum opibus ut suis
fruitur. ab alijs etiam aliquando recipit
dona, & nonnunq̃ maiora quam dede-
rit, ut hac sua liberalitate multo plura, et
maiora consequatur commoda quam
detrimenta. Po. Non equidem hæc
sunt liberalitatis sed casu quasi contin-
gunt: at si non ob aliud dent homines à
liberali accipiunt non dant. Sed contin-
git, ut eidem dent qui sit liberalis, quod
potens, uersutus, quod in magistratu, &
te iuuerit, quòd ad te qualis sis, homines
respciant, & ob id dabis, non quia sit li-
beralis. Soc. Nonne liberalis dicitur,
nō qui plura dat sed pro ratione faculta-
tū. Po. Est: Soc. At qui dat pro facul-
tatum ratione pauper non efficitur, sed
ex redditibus & laboribus atq; fortuitis
dat, non igitur liberalis liberalitate fit
pauperior, nec sibi ipsi nocet. Po. So-
phistica est, & non uera hæc tua ratio cū

ad experimentum deducta erit. Nam qui non dat (& si pauper dādo non fiat) non dando tamē locupletior euadit. Et dando sibi nocet. Quod uerò dicas, aliquando prodesse liberalitatem, uno uerbo tibi satisfaciam, soli auari sunt locupletes, qui non accipiunt ut tu, pauperes semper sunt, qui liberaliter donant, non possunt esse numati. Soc. Mittamus sermonem de liberalitate, quæ forsā sola uirtutum, post iustitiam damnosa dici potest, si modo uirtus damnosa ulla dici meretur, agamusq; de reliq;. Po. Succedit temperantia in qualitate, uelut ut ab uxoribus alienis abstineas, cum maxima uoluptas sit mœchari, filium cuculi modo in alieno nido alere: multis persæpe ex hac causa locupletari contigit. Hoc uno igitur in axioma res ipsa constat, si facere bonum utile est atq; iucundum, abstinere malum, damnosum atq; triste erit. Quid ais o Socrates? Soc. Sed periculosa tamen est huiusmodi alea. Multi uapulauere. Euerfa est una Troia hoc ipso crimine. Po. Sed pauci sunt Menelai, crimenq; id non amoris

moris ludentis sed seuientiscum iniuria
 hostis fuit. Quippe etiam Daretis Phry-
 gii testimonio non solius dictis Creten-
 sis Græci erepta reperiuere per legatos.
 Socrat. Non moueret ulla ex parte di-
 ctis testimonio, cum nihil minus uerum
 sit ea historia, quam multo post, qui nec
 unquam Troiam uidit, aut aliquem ex
 his qui eo in bello interfuere fabulis ple-
 nam incredilibus scripsit. Sed Daretem
 uera scripsisse credo, nisi quantum
 amor patrię eum paulo propensio-
 rem in Troianos fecit. Gor. Etego sæpe
 id mecum cogitauit, sed non audebam
 proferre. nimis enim absona ille Græcus
 recitat. Soc. Puto ex Homero extra-
 ctum narrationem. Po. Vt cunq; sit
 satis habeo adulterium etiam illud quã-
 quam in regem & publicum, & cum in-
 iuria tam magna, ut non suffecerit rapu-
 isse uxorem, nisi & opes secum abstule-
 rit, impune futurum illi nisi, & perseue-
 rasset in non reddendo, & cum illo patet
 simul ac fratres obstinati mansissent.

Soc. Iam mihi ut uideo persuadebis, ut
 mæchus sim? Po. Ita: aliud est de inue-

nibus, aliud de senibus, tibi nimis est u-
 na uxor, attamen & duas aliquando si-
 mul habebas, tā egregius Philosophus.
 Soc. Parendum est legibus. Po. At
 mœchari est, aduersus leges. Soc. Vera
 dicis: quomodo ergo bonum est? Po.
 lam uidebam quomodo sensim abdu-
 cere me tentabas, ut non fatereris quan-
 ta essent bona in possidendo alienas ux-
 ores. Soc. Sed tamen interim in per-
 petuo metu atq; suspitione uiuis, ut ui-
 ta plena sit timoris? Po. Imo in con-
 tinua spē ac perpetua uoluptate Posse-
 disse dum memineras gaudes, gaudes
 cœpisse, perseverasse, obtinuisse. Dele-
 ctat recordatio osculorum, blanditiarū,
 sermonum, seu quid acceperit seu dede-
 rit horum omnium iucunda memoria
 est: iurat decepisse maritum Zelotypū,
 fefelisse custodem intētum: gaudes seu
 pericula euaserit, seu sine periculo, & ex
 pers metus possederis. Quid postmodū
 futura? occurram hodie, uidebo cras: al-
 loquar, transibo illas, Maritus rus breui
 se conferet. O quę oscula qui amplexus
 quanta uoluptas? Puto ex me concepisse,

se, nil aliud amat. O si filium pariat, no-
men meum uolo curare, ut imponatur.
Beatus sum siue resciscāt homines: imō
magis beatus si tanto bono fruatur tamq̃
fœlix sum nemine sciente, quando & si-
ne hoc beatum me homines esse putāt.
At quanta est portio felicitatis mee hoc
unum quod omnia alia bona excellit, ut
uenerem ipsam possideam? Soc. Ab
unde uideris mihi arte mœchi iñstructus
ut alieno exemplo non indigeas. Po.
Imō talia legi apud egregium quendam
Philosophum. Soc. Quem? Po. Pro-
thgoram? Soc. Ah: non est ille Philo-
sophi nomine dignus impius uir. Sed
quonam in libro? Po. De his quæ nō
recte ab hominibus geruntur. Soc. Mi-
ra insania huius uiri. Deos accusat, flagi-
tia laudat. Po. Nunquid modo uides
o Socrates quantum ex uitijis utilitatis
habiturus sit homo. Socrat. Conuin-
cis nescio quomodo, sed non persua-
des? Pol. At ego dicam: quoniam
infitum est nobis primum illud, animos
nostros esse immortales, Deos ultores
malorum, & bonorum amicos, luendas

esse pœnas ab obitu. Hæc etsi falsa doctrina quam uos de dijs habetis o Philosophi oblitterauit in animis uestris, ingemita tamen illę notitię manent, et nō permittunt plane falsis nosper suasionibus acquiescere. At si quæ antea dixit Gorgias hic de uitiorum incremento, atque inconstãtia, adijcias tum demum etiam absq; spe ulla futuri persuasus abibis. Socrate. Sed perge ad alia: nam hucusque solum uitia attigisti quæ uersantur circa ea quæ nos plurimum delectant, salices, pecunias & uoluptates. Dicas aliquid de patiëntia quam uideo omnibus utilem, cum tamen uirtus sit eximia. Po. Quid ego aliud dicam quam quod dici solet.

Furor fit lesa sæpius patientia.

Quam bona est ac utilis res q̄ cum læsa fuerit hominē reddit furiosū. Soc. At o bone quid ais: nam si coacta sit minus it ærumnam: si patricis quod uitare possis tanto prestantior, & maxime ad laudis segetem colligendam. Quot libri, quot stratuæ, quot bellica trophæa, imō omnia huic unī debentur uirtuti. Pol. Sed

Sed interim homo male habet, & angitur. Socrates. At o amice, nonne edere, bibere, quiescere bona sunt: Polus. Sunt quidem utilia ubi ex usu fuerint. Socrates. At tum maximè cum homo exurit, sitit, delassatus est. Polus. Eadem quidem. Socrates. Quid igitur efficit patientia quæ & finem bonum præstat, & causam voluptatis præbet. Pol. At non semper patientia, & fortitudo mala, ut neque temperantia, sed tum mala cum sponte pateris iniuriam, & damna quæ deuitare posses. Socrates. Et persæpe etiam huiusmodi patientia utilis fuit. Vides apud Homerum quam patienter Agamemnon terat iniurias et probra in illum iacta exercitus & inferorum. Audiuiisti etiam Phalaridis patientiã in Stesiforo poëta postquam illum captiuũ habuit. Periandri in æmulos ac maledicos. Po. At facile est (ut ille dicebat) pati cum uleisci possis. Et illud: Maledicant impune, nobis satis sit ne nocere possint. Regibus hoc nihil est, quando nihil propemodum patiuntur at priuatis id dici solet:

Veterem ferendo iniuriam irrita
nouam.

Non utilis est patientia quæ uel nobis detrimenta affert, aut animos defensorum nostrorum frangit, aut spiritus & audaciam æmulis atq; inimicis addit. Soc. Hanc ego patientiam non appello, sed insaniam. Polus. Et tamen tu illam commendas inter uirtutes, nec quàm (ut audio) magis de ea gloriatur, adeò ut & in uxore ferenda & in calumnijs uidearis immodicus. Socrates. O Pole: Quid ais? nunquam immodica potest esse patientia, quæ minuit mala, & animos æmulum frangit, & gloriam auget. Polus. O Socrates, quàm pulchrum est in singulis adhibere modum. Addit & contemptum illa & paupertatem, & canos accelerat. Nec minuit mala neque fensum malorum, sed alijs offēdit nos aut diuinos esse, aut stultos. Tu modo cogita o Socrates quid sit uerisimilius, & qualia quibuscunque persuaderi possint. Socrat. Certè stupidis ut diuini sint, prudentibus ut stulti. Pol. Quorsum ergo tanta patientia opus erit?

fit? Neque etiam homines ea perferre possunt, quæ te facile ferre dicant, scilicet ut per totam diem ac noctem stes extentis utrinque manibus, An uerum est o Socrates. Socrat. Quis hæc tibi retulit? Et quid mirum est cum quilibet sui corporis dominus sit. Pol. At ego paucos id posse ferre crediderim. Sed quorsum nisi ad quandam inanem gloriã? ut uidearis scilicet posse quæ alij minime possuut. Dicantq; homines: Socrates & mente & corpore supra mortalem conditionem est, Socrat. Bona uerba. Non hoc studeo ostendere, sed adhortari homines ad patientiã. Si quidem nihil est utilius Reipub, quam patientia insignis. Omitto quòd euntibus ad aulas regum nullus clypeus sit melior, aut tam necessarius: inter tot anfractus atque tempestates humanæ conditionis quid potest esse utilius. Quinetiam ad immortalitatem sola hæc confert, seu cynegiri Atheniensis, seu Glauci Acilij Romani exemplum inspicias, aut etiam Mutij scauolæ uel magni Pompeij. cui plus ex hac sola quàm tot tropheis

gloriae accessit. Ob tantam nobilitatem
 praestantiamque solebant Aegyptij uete-
 res qui in unaquaque re proprietatem
 exprimere satagebant, ne nihil illos latu-
 isse uideretur symbolum patientiae hy-
 enae pelle significare, quod hoc animal
 perhibeatur cunctis esse inuictum. Nec
 sua serim patientiae experimentis quen-
 quam imparatum esse, ut neque illis spon-
 te occurrere, sed deuitare. Polus. Sed
 cur ergo tu te sponte offers? Socrat. Ut
 non imparatus accederem. Sed quando
 quantum opus esset humana in uitaper-
 didici, desijme obijcere. Polus. Ut
 cunctis agas dicāsue aliud est assuescere
 patientia ita ut si contingat casus equo
 animo aut saltem moderato incumben-
 tia perferre possis, nec tete ipsum abijci-
 as, nec irrisui sis spectatoribus. aliud est
 sic perferre quae perferenda non sunt, ut
 animum quemadmodum dixi tuis de-
 fensoribus adimas, oppugnantibus ue-
 ro addas. Socrates. Fateor: Polus.
 Ergo & haec uirtus, si quis ea non pru-
 denter utatur, & ut melius dixerim, par-
 tem habent inutilem. Socrat. De for-
 titudo

titudine non audeo quicquam dicere,
nam uideo te eadem obiecturum quæ
de patientia nec defutura tibi exempla
Herculis Codri Aegæi, Aristogitonis
Harmodij, & Spartiatarum, Callierati-
de Bulis & Sperchij ac Leonide cum mil-
le spartiatis. Constat & apud Carthagi-
nienses duos fratres similiter pro patrie
finibus amplificandis occubuisse: Et a-
pud Romanos nescio quos, patrem &
filios Brutios nobiles tamen. Gor.
Brutos non Brutios, est enim ut audio
familia nobilis ea in urbe. Socrates. O-
mittamus hæc, satis enim sunt, illud po-
tius uideamus quod ab initio institutum
erat cui bono futura sit Rhetorica etiam
si ars sit: nam de utroque dubito. Pol.
Dubitasne esse artem Rhetoricam o So-
crates? Socrates. Imò maxime. Polus.
At ego artem omnium esse existimo, o-
ratoremque omnia noscere ac plenam
hanc esse disciplinam que de omnibus di-
cere conuenienter possit, ob idque nullos
esse rariores in ulla arte nobiles profes-
sores quam oratores. Socrates. At e-
go contra opinor o Pole, neminem ele-
gantius

gантиus, aut melius dicere posse in una
 quaque arte quam ipsos artifices. Dico
 de Medicina, si quis aut laudare, aut dis-
 putare uelit, neminē melius sermonem
 habiturum quam medicum; & de co-
 quinaria coquum: & de coriaria coria-
 rium: & de Architectura Architectum:
 & ita de militari arte iuuabit audire du-
 cem peritum exercitus, non Rhetor-
 em neque oratorem. Iplis enim orator
 ribus sufficere debet, ut in iudicijs quæ-
 cunque causa agatur melior, & probabi-
 lior uideatur: Et ut orator, apud pruden-
 tes diserte, apud imperitos etiam uera
 dicere uideatur. Cuius indicio est, quod
 neque orator ad bellum gerendum, aut
 ad administrandam Rempub. aut ad iu-
 dicia proferenda plus admittitur, quam
 ad medendum, aut tendendum, aut ædi-
 ficandum. Sed in his quærimus medis-
 cos, tonsores & architectos, non orato-
 res. Sit ergo Orator in concionum clau-
 stris ac septis tanquam in pistrino quo-
 dam relegatus, atque ibi uoluat reuolu-
 atque lapidem suum ac molam animos
 auditorum circumducendo. Aliter si cre-
 das,

das, non iam oratorem unum effingas,
sed Hippiam quendam omnium opifi-
cē. Polus. Mira narras o Socrates, ne
que ego Rhetorem omnes artes callere
dicam, nam reliqui artifices superflui es-
sent, neque omnino ignorare quicquam:
nam sic non de omnibus dicere conue-
nienter posset. Sed proprium illius est,
disertè loqui. Quod uero ei proximum
est, est ut sciat hominum mores, consue-
tudines, leges communes, decorum at-
que honestum. Demum ut eo sit inge-
nio, ut ueritatem & rationem discere pos-
sit singulorum à proprijs artificibus: in-
de ubi quod iustum, æquum, honestum
quē didicerit, tum illud exornet uerbis,
augeat sententijs, confirmet rationibus
decoret figuris, imprimat affectibus. Ne
que hoc nouum est exemplum, nam i-
dem in pictore experimur: alio modo
pingit calceum, scutum, tabulam, murū,
rostra, carinam, theatrum, porticum, au-
lam, Gellum, conuiuuium, historiā
Troianam & Romanam, luctum Iphi-
geniæ. Non est necesse ut omnes histo-
rias ante didicerit, artes, regiones: quis
enim

enim unquam talis fuit & sed ut cum oportet edoctus de singulis ab his qui perfecte quid opus sit norunt, exornet post modum rem ad arbitrium imperantis factam coloribus, umbris, distantijs, magnitudinibus, & ratione propria aspectus. Soc. Mittamus modo hæc nã ferme abruptisti sermonem meum, maiora in medium afferre uolebam, scilicet artem nullam esse Rhetoricam cum artes Rempub. adiuuent, & artifices ipsos omnis enim ars bona est saltem uel artificij uel Reipub. Sed Rhetorica perdit ciuitates, & Rhetores ipsos. habes o Pole nouissimũ exemplũ ac ut ita dicã affabrẽ, expolitũ de Callixeno oratore q̄ Rẽp. Atheniẽsiũ ita pdidit dũ suadet uictoriae auctores occidi q̄d mortuos non sepelissent, ut ex domina urbe ī tota grãcia seruã lacedemonijs effecerit partãq̄ uirtute bellica decem ducum bonam fortunã ac dominationem unus orator euerterit funestus urbi, funestus sibi qui nunc amissis omnibus bonis cum maxima infamia cunctisq̄ inuisus miserabiliter exulat. Siquidem eo iudicio factum est,
ut

ut cum iterum uicissent, Athenienses non est ausus dux persequi uictoriam qua funditus uires lacedemoniorū cōcidissent: sed uersa uice ille lysandro duce creato nostram Rempub. & urbem ut uidistis in seruitutem redegerunt. Et nisi uirtus Trasibuli nos uindicasset actum esset de tota nostra ciuitate. Quid Cleophon oratione perfecit: ut cum possemus æquis conditionibus, & honeste pacem conficere cum lacedemonijs, maluimus paulo post illis seruire. Quid pericles qui summa facundia fuit, nōne omnium malorum quæ huic urbi acciderūt auctor extitit. Quid flagitiosus Antiphōte oratore qui infamē in æternum nostrā urbē reddidit dānatione Hippocratis medici, cui urbs nostra, & tota græcia tantū se debere fateat. uiri innocētis et opū contēptoris, & nois ac salutis Græcorū ppugnatoris acerrimi. Ausim dicere si de futuris pronūciare liceret si modo unquā hec urbs pītura sit nō alia causa quā oratorū psuasione. casurā. Sed audi rationē ne obiter hoc dixisse uidear: ciuitates nōne seruant bonis consilijs o Pole, malia

malis evertuntur? Polus. Sanè. Socrates. Cor silia bona nonne sunt plurimum peritorum, quique nulla animi perturbatione agitentur? Polus. Equidem. Socrates. Siue ergo homo corruptus pecunia, seu spe potiundæ dignitatis, seu amplificandæ authoritatis, seu ultiscendæ iniuriæ: seu ut plus oratione ualuisse uideat, populo iniqua consulat, nonne malè consuluerit, & quæ noxis futura sint? Polus. Non dubium. Socrates. Si etiam animo bono sit, imperitus tamē administrationis Reipub. artisq; bellicæ, tum eorum quæ necessaria sunt, bello feliciter tractando: tum hostilium consiliorum, propriarum urbis uirium, improbitatis ac leuitatis sociorum, nonne etiam perperam consulat o Pole? Polus. Malè profectò consulat o Socrates. Socrates. Nonne prospicere bene futuris diuina potius est res o Pole quam humana, & difficilima & ardua, in qua raro collimare etiam sapientibus licet. Plusq; ac melius norunt multi quam unus, & prudentes imprudentibus? Polus. Quis dubitat.

fat. Soc. At orator natus est, & parum
gnarus omnium siquidem non pruden-
tiores aut magis experti apud populum
uerba habent sed qui facundia ualent p̄-
feruntur in dicendo. Po. Vtiq; Soc.
Quomodo ergo unus, & imperitus o-
mnium quæ necessaria sunt ad admini-
strationem parum gnarus eorum quæ a-
gitantur apud hostes consiliorum solus
inexercitatus, uarijs perturbationibus
agitatus intēpestiuo tumultu uocatus
ad orandum: nec satis de quo dicuntur,
sit sciens, sed repente in suggestum rap-
tus, non plurimos etiam si bene consule-
re uelit admittet errores atque Reipub.
exitiales. Polus. Admittet per sepe
admisere priores, et admittunt quotidie
fateor o Socrates. Soctrat. Aut ergo
hec ars non est, sed peritia inutilis atque
exitialis o Pole? Polus. Audi modo
o Socrates, non enim bene concludis.
Soctrat. Qui sic? & quomodo? Pol.
Dic quæso Medicina nonne ars est? So-
crates. Est. Polus. Imo per quam
ut uideo simillima Rhetoricæ ut maxi-

me his duabus mortales indigeant. Socrates. Quare ita unam alteri comparas? Pol. Quia Medicina docemur quid sit faciendum ut corpus sanitate fruatur Rhetoricam quid agendum, ut recte uiuas ac tuto. Socrates. Non o Pole: potestas enim quod intendis probare: nam finis solum est persuadere, o Pole. Polus. Ita sit, Rhetorica est peritia quaedam recte persuadendi nonne uolo enim ex concessis solum te conuincere. Socrates. Non dicas recte persuadendi sed persuadendi. Polus. Non dico recte persuadendi, ut recta agat sed ut qualiscumque sit ille efficaciter persuadeatur. Aliter si hoc etiam detraxeris, neque peritia ulla dici poterit o Socrates. Soc. Quid nisi? Pol. Non intelligo quid uelis. Soc. Dico Rhetoricam sane est esse peritiam persuadendi. Pol. Quae tamen id recte seu efficaciter facere doceat, aliter ut dixi quae peritia erit si etiam eo quod solum petit destituatur? Soc. Admitto. Pol. Iam ergo Rhetorica est peritia quae docet suadere quam melius possunt ea-
quae

que suadere uolumus seu bona seu ma-
 la. Soc. Est. Po. Et Medicina qui-
 dem docet componere medicamenta
 certa ratione & opportune, quod si quis
 medicamentorum loco uenena misceat
 nunquid illa ars culpanda erit sed poti-
 us non medicina appellanda? Socrat.
 Sed Medicinæ proprium est, ut doceat
 salutaria auxilia: Rhetoricæ proprium
 non est, ut doceat utilia præcepta neque
 honesta. Po. Sit ita pro nunc: at sal-
 tem ars erit hoc ipso quòd rectè persua-
 dere docebit statuatur enim nunc finis
 uel te consentiente persuasio ipsa in ora-
 tore. Soc. Est hic finis. Po. Ars est
 ergo Rhetorica, nam persuadere utile
 est per se, sicut scire medicamenta com-
 ponere. Est autem recta ratio conficien-
 di instrumenta ferrea ars fabrilis, & la-
 nas texendi textoria ars: & recte licet &
 male persuadere, imò quidam dum sua-
 dere uolunt dissuadent & melius etiam
 & optimè suadere licet: igitur persuadē-
 di peritia ars est. Socrates. Non dubito
 quod ad præcepta attinet, sed quod ad

finem nam artis finis utilis esse debet, at
 sic esse poterit malus uel indifferens. Præ-
 terea omni homini natura inditum est ex-
 orare, tueri ratione quæ dicit, commise-
 rationem mouere, exornare quæ uelit,
 quæ desperet posse, deprecari, laudare,
 uituperare, comminari, recensere bene-
 ficia & collata & accepta, ut nulla sit ars
 hæc facere scire, cum neminem natura
 uideamus fabrum aut futozem tonsorem
 ué: quamobrè existimauerim iure hanc
 peritiam esse naturalem, non artem. Et
 quemadmodum omnes noruntambu-
 lare, comedere, loqui, unus autè alio id
 melius agit, ita etiam oratoriam artem
 nobis natura inditam esse crediderim.
 Eosq; qui primi hac in re fuerunt Corax,
 & Tisias non aliquam lumine naturali
 eloquentiam inuenisse. Atque hodie
 quot uideas profus oratoris artis igna-
 ros qui melius persuadent his qui artem
 profitentur: cum neminem possis osten-
 dere qui imperitus artis melius tonsore
 tondeat, melius fabro nauem compin-
 gat, uel medico medeatur: aut concinne
 cum

cum alijs musice canat. Accedit quòd
quæ docètur ab oratore opinioniones sunt
& affectus solum, nihil quod ratione
constet: at omnia quæ ab arte proueni-
unt imaginem rationis retinent: uides
in musica concentum, in ægro data po-
tione, & eo purgato liberatum à mor-
bo, puerum Grammaticum à magistro
edoctum narrare quæ intellexit: nomi-
na primæ declinationis genitiuum ha-
bere quæ in eo diphtongum finiantur.
Quid est ergo cur oratoriam dicēdi no-
titiam artem appellemus? Polus. Si
per artem Socrates intelligas scientiam
rerum firmam de rebus planè perspectis
ac cognitis non inficior. Rhetoricam
quod ad usum attinet non esse artem.
Sed qualis erit ars quæ ita sit ars ut eti-
am usus eius nomine artis dignus sit, ab-
errat enim artifex sæpe circa artis usum,
circa artem errare non potest, ut neque
circa scientiam proxima enim notitia di-
gnitate scientiæ ipsi est ars. At uerò si
ad regulas, ad institutionem respicias
non minus quauis alia ars hæc censerè
rrr ; de

debet. Neque enim unquam oratio
 persuasoria, Exordio aut insinuatione
 narratione, diuisione, confirmatione,
 confutatione atque conclusione care-
 bit. Nunquam non opus erit inuentio-
 ne rerum, & exornatione inuentorum.
 nunquam non bene faciemus iudices,
 aut auditores beneuolos, dociles & at-
 tentos. cum ergo firmas habeat regulas,
 atque inconcussa præcepta, genera sua
 tractandorum, uelut demonstratiuum,
 deliberatiuum & iudiciale, qui fieri po-
 test o Socrates ut ars non sui Rhetorica,
 artisque nomina digna censenda. Opini-
 onem autem quam hominibus, inge-
 nerat ac tanquam spicula infigit eadem
 ratione artificiosam puto qua & medi-
 ci opus. Si quis enim orator suadeat ca-
 dendum esse pro patria, ut dum pauci
 pereunt. Certissimo & nobilissimo &
 (ut ita dicam) optatissimo mortis genere
 reliqui omnes & defunctorum filij fra-
 tresque tum reliqui feliciter agant: ut
 Repub. in duo genere hominum diui-
 datur; unum quod omni bono abundet
 libe

libertate, securitate, opibus, gloria potentia, alterum cui nihil desit nec ullius mali particeps sit. Quod cum ita sit, præstat pugnare, quam per locordiam uinci, ut omnes infœlicem uitam agant qui supersunt moleste ad inferos deicendum perferant recordatione suorum. An non hoc Socrates adeo firmiter confirmatum est. Quemadmodum si ergo propinaueris medicamentum ad febrem tollendam. Fateor in aliquanto lubriciore argumento Rhetorem uersari quam reliquos artifices: non tamen adeo inconstanti ut a norma sua recedat & uim non sentiat artis. Quo fit ut etiam ad id quod prius obieceras me conuertam, scilicet Rhetoricam docere artem (si modo est ars dicis) noxiam humano generi. Fateor quod ut duę sunt medicinę bona & mala, duę Theologię: una quę est religio, altera quę est superstitio. Duę iuris prudentię una quę ex æquo & iusto omnibus modeste suum reddit, ciues in pace retinet, animos illorum conciliat, turbulentos eijcit, son

tes punit præstantes alacres reddit: altera quæ discordias ferit, litibus fomenta subministrat, turbat omnia atque peruertit. Ita de Rhetorica dicendum est. Orator ergo bonus is solus erit qui urbi utilia, iudici iusta suadet: non qui decreta uiolentius extorquet. Sicut nec optimus medicus qui efficacius commiscuerit uenenum. aut Theologus qui celebri nomine comparato falsa de Pijs diuulgat. Itaque non hanc esse artem solum sed præclarissimam etiam existimo, quæ hominem ita instruat ut unus inter tam multos de rebus maximis omnibus alijs silentibus, dignus habeatur qui sit audiendus. Quod donum uix reges ipsi sibi impetrare potuerunt, nisi mentito Dei nomine. quemadmodum non multo antea ferunt in Italia quendam Numam Pompilium, & apud Cretenses Minos alijsque si non reges paulo minores autoritate, uelut antea Iycurgus apud Iacedemonios & apud nos Pysistratus. Quis ergo hanc non esse artem fateatur quæ & præclarissim

rissima sit artium. nam de maximis rebus deliberat, & quod uix reges successione, tyranni armis possident, uir unus e plebe etiam hac ipsa summam in omnes ciues potestatem sibi uendicat: atque hic ducibus ipsis præscribit ante bellum, imperat in bello, pœnas exigat aut præmia largitur pro administratione. In qua tot sunt necessaria ut orator sit perfectus ut uix unus aut alter in multis seculis eo nomine plane dignus censi possit. Sed qualiscunque sit ars modo præclara, in qua licet & per quam malè uti atque ageret nonne incirco bona censi debet quod possimus ea uti opportunè? Accipio utilitatem qua nulla est perniciosior disciplina si quis malè ea utatur (nimis notum est quod dico) an ipsa non est optima, & præclarissima quod hostes à patria propellere, amicos tueri, iniustos homines ulcisci, tyrannos excindere & euertere possumus? Cur ergo uitio uertemus id solum Rhetoricæ arti quod omnibus præclaris commune est. Et

in alijs multo frequentius ac deformius
 accidit? At facile est periclitari Rhetor
 rem imperitum rerum imperitioribus
 suadentem, fateor, nec probo modum,
 ut neque artem ipsam uitupero. Et
 Periclem & Antiphontem & Cleophō-
 tem totque alios perdidisse Athenien-
 ses non nego: sed neque tu dicis quoti-
 es ab oratoribus sint seruati. Quis in
 maximis discriminibus impellit ad a-
 perta pericula milites, nisi orator? Quis
 cogit ciues, in unum, redigit in concor-
 diam, nisi orator.

Quis in propria damna ut publico
 opitulentur accendit, nisi orator? Quis
 constantem amorem uirtutis, fidei, gra-
 tiae, misericordiae in oppressos, gloriae
 in periculis, nisi orator? Unde tot se-
 culis iactata licet nostra Reipublic. non
 solum stat sed & floret, nisi oratorum in-
 dustria, laboribus, arte, atque diligen-
 tia? Multis, ut uera fatear, alijs ur-
 bibus sumas inferiores, hominum ro-
 bore laconibus, fortitudine Thebanis,
 constantia Messenijs, arte militari The-
 sae

salis: & tamen maior est potentia urbis huius et cæterarum omnium, quod apud illas nulli sint oratores, aut parum periti. An putas consilia deesse laconibus in tam pressa orationis breuitate succumbunt tamen nobis, nec nisi nostra stulticia unquam superiores euasere.

An putas lacones quod falso creditum est, pugnare acrius Atheniensibus? deciperis, naualis miles fortior est pedestri: nostri oratione incitantur, lacones sunt magis disciplina exercitati, ut qui à pueritia nulli alij muneri uacent quam militia. Et tamen ubi ad pugnam uentum est in qua propriae agilitati, industria, fortitudini fidendum est non densatae aciei, longè acrius pugnat Atheniensis uictorque euadit, oratione ducis persuasus: quam laco qui soli exercitationi confidit.

Vbi lacedemonia phalanx paululum retraxerit pedem, ubi retrocesserit, ubi uinci coeperit: nulla amplius est spes ut se colligat & ex uicta uictrix euadat. At militi Atheniensi nunquam deest spes

spes quod rationibus & adhortationi-
 bus semper sit paratus. Quanta uis e-
 loquētiae Themistocli? quanta Pericli?
 quanta nuper Alcibiadi? quem si uitia
 non perdidissent, quis ei imperator a-
 quiperari poterat? Tu ergo o Socrates
 mihi uideris similis ei qui ignem prop-
 ter fumum sustulit, longē maiora com-
 moda sunt ignis quam damna fumi. Et
 licet etiam fumum auferre seruato igne.
 Itaque si improbis oratoribus quis ob-
 uitiam eat, nulla non in re utilis erit facun-
 dia, ut nec quicquā illi possit compa-
 rari. Socrates. Nimis ater uir es
 o Pole, quare malim ut heri paululum
 cum Callicle isto disputare, nam inter
 nos iam satis. Videris enim uelle om-
 nino artem constituere Rhetoricam,
 quam neque Rhetores ipsi artem esse
 uolunt. Gorgias. Qui? Socra-
 tes. Lysias aliq̄ qui plurimum hac in
 parte ualuerunt. Nam neminem uideo
 qui de Medicina, Militari, Nautica,
 Fabrilī, Poēsi, dubitet an sint artes: de
 Rhetotica cum plerique negent, tu o
 Gorgia

Gorgia tuusque hic te ipso acrior discipulus non contentus est affirmare eam esse artem, nisi etiam omnibus alijs anteponat. Gorgias. Demiror o Socrates quod tu cum Philosophum te profitearis, adeo captes vulgi auram, atque illius opinioni tantum tribuas.

Hoc enim deceret potius me qui Rhetoricam exerceo, Rhetorquē ab omnibus non Philosophus appellor. Quamquam alias hoc tuum nomen nunquē auditum à me fuerit. Socrates.

Vera narras, ego enim huius nominis inuentor sum, ipsumquē inuexi. Sed enim hoc parum refert quandoquidem haud dubiē confessurus sim Rhetoricam esse artem si id mihi persuaseris, finem illius esse bonum: nam nunc non quæro, an multi patriam hac ipsa proderint, sed an finis iste Rhetoricæ sit bonus? Callicles. Non intelligo o Socrates iam me duobus uerbis intoluisti. Hoc est quod me solum ad pugnam prouocabat, ut qui scires huius tuę

Callidæ disputationis imperitum esse.

Sor

Socrates. Dicam quid uelim, duo, ut mihi uideatur, necessaria sunt ut Rhetoricam sciamus esse artem : primum ut sciamus quid sit bonum : deinde ut sciamus illud doceri quouis modo bonum esse. Callicles. Non intelligo quæ dicas, ut turdus secundum laqueum timeo. Socrates. Dicam manifestius. Primum orator docet populum Atheniensem ut uelit proleontinis, quem admodum hic Gorgias nuper egit, bellum suscipere. Quærendum est igitur primum an bellum possit unquam melius esse pace? Deinde an præstet etiam aliena suscipere bella. idque bellum rursus præstantius sit pace.

Atque hæc circa rem ipsam. Aliud est an præstet maiorem rei opinionem in generare populo quam sit. Nam postquam oratorem à Philosopho & scriba distinguere uis, Philosophus & scriba, (quod etiam in consilijs sit) rem puram narrant, rationes addunt qualescunque sint, non adijciunt quicquam neque addimunt, non prætermittunt quæ in contrarium

trarium faciunt sed puram docent ueritatem: orator iste tuus fallere quærit etiam si propositum sit uera dicere & ad utilia adhortari. nam omittit multa quæ in contrarium faciunt, quæ recitat languidius concisequæ adducit: quæ pro se faciunt auget, exornat, implet, affectibus exacuit: inanibus etiam expectationibus falsisque promissis rem adauget. Num igitur hæc ars esse poterit? Dicamus quod quis sculptor egregius minervæ statuam ex ligno fingat, hunc nonne artificem esse dicemus? Callicles. Equidem. Socrates. Et præstantem. Callicles. Siquidem si affabre exculperit. Socrates. Veniat uero alius & obducto liquore auream uideri faciat num hic statuæ minervæ artifex dici debet? Callicles. Artifex quidem, sed non statuarius appellari merebitur. Socrates. Si igitur orator nil aliud addit adscribam nisi mendacia, artifex hic merebitur nomen mendacis potius quam opificis. Sicut ille artifex fuci non autem statuarius. Callicles. Totis ut
uis

deo uiribus eniteris conuellere o Socra-
 tes quod dictum est, scilicet Rhetori-
 cam esse artem, quamq; id Polo conce-
 dere imò & Gorgia ipse uisus sis. Sed
 dicam quid sentiam: Qui statuam ex æ-
 re fingunt postquam è Rhetorica redi-
 mus ad statuariam cum metallum intru-
 dere ducum tam Augusto loco non pos-
 sint illud liquefaciunt ut formam quam
 uolunt recipiat: ita & maius quam sit ef-
 ficiunt, & pro solido liquidum, & pro
 rubro fuscum: at ubi effusum fuerit &
 coaluerit rubrum durum & sub propria
 quantitate redditur. Num ergo hæc ars
 falsa est & fuci operatrix an potius uera?
 Socrates. Vera ars est plastica. Calli-
 cles. Cur nonne mentita est faciendo
 statuam, formam, colorem, magnitudi-
 nem, naturam. Socrates. Certè. Cal-
 licles. Cur ergo non uocat hanc artem
 fallacem, fucatam, mentitam? Socra-
 tes. Quoniam postmodum omnia ad
 finem institutum qui uerus est redeunt.
 Callicles. At o generose Socrates i-
 dem dicendum est de Rhetore, nam est
 Rhetor

Rhetor multa non ut se habent simpliciter sed callide referat, eum tamen imitatur pictorem qui strabos homines pingit, ut à latere inspecti rectis & equis oculis uideantur. Et altius positus figuras longiores ut ueram retineant in aspectu mensuram. Et in mentis culmine homines multo minores ut licet aspectu et re parui sint cogitationem tamen distantia referant. Itaque mentiri non est metiendo ueras rerum referre imagines & opiniones, sed potius uera dicendo falsam ingenerare opinionem. Si quis ridendo in diuidendo sic uera dicat ut non credatur, aut ueris impossibilia misceat uel quæ illi pro falsis iam comperta sint, mentitur & uera tamen dicit, decipit enim illum. Possem excusare quod si boni causa mentiri liceat, sed non tali opus est excusatione. Sufficit ut cum qui audiunt minora putent semper quæ dicuntur quam sint, ut ita orator illa augeat ut quanta sunt, & qualia tanta & talia esse existimentur. Neque exornare, declarare, docere, attollere, infigere, hominum mentibus, est mentiri. Itaque nec ora-

tor cum talia dicit, nec Rhetor cum dicere docet peccat nec mendacium dicunt, aut dicere iubent.

Socrates. Sed liceat modo (postquam omnia licent) saltem ut bona & utilia consulat necessarium est. Callicles. Putas ne me oblitum longo circumductu ueritatis? Dicebas de bonis, at socius noster semper de utilibus respondit. Utilia orator debet persuadere si uerus sit orator, bona nescio. Socrates. Quid per bona intelligis & per utilia. Callicles. Ego utilia appello que homini placet, uoluptates inquam, & uoluptatum occasiones, ut uno uerbo dicam. Socrates. Quid communius esse putas bonum an iucundum. Callicles. Bonum, omne enim iucundum bonum esse, at non omne bonum iucundum est. Virtutes enim bonę sunt, at tamen non iucundę. Socrates. Vide quid dicas. Bonas esse uirtutes non autem semper iucundas sic enim interpretor. Callicles. Recte. Socrates. At uoluptates iucundas esse ais itidem etiam bonas. Callicles. Quid ni. Socrates.

Socrates. Quid si ego ostendero voluptates non esse bonas, nec dolorem malum.
 Callic. Hoc est in quo penè tota consistit hodierna altercatio atque hesternæ.
 Socrates. Prope igitur nihil peractum est hoc biduo? Callicles. Certè parum aut nihil ut uideo si hoc obtinueris. Socrates. Imo si obtinuerò confectum erit negocium, nunc usq; nihil peractum est. Callicles. Eia igitur age strenuè ut hoc ostendas. Socrates. Illud tibi perspicuum imò cuius esse potest, pœnitentiam nil aliud esse q̄ omisi boni quod in tua fuerit potestate recordationem. Siquidem si quis pecunias tibi obtulerit uel uendere domum uoluerit, uel uxorem in matrimonium locare, nec recèperis, ubi recognoueris talia esse bona, statim pœnitentia duceris. Nemo quod non malè fecerit pœnitet sed lætatur potius. At neminem pœnitet uoluptatum non habitatum quinimo lætatur & gloriatur quod abstinerit. Nam neq; Bellegrephontem pœnitet apud Homerum quod Antææ quæ κρυωτάδι φιλότητι μεθύμενοι non indulserit: neq; Hippolytū quod

quod Phœdrè nec Agamēnonem quod Hippodamia non potitus fuerit sed potius gloriatur: nec Achillem quod ad cōuiuium non uenerit: Non igitur uoluptates bona sunt. Quid ais o Callicles. Callicles. Non habeo quod dicam repente me irretisti. Socrates. At si uoluptates non sunt bonæ nec dolores mali erunt. Eadem enim est ratio contrariorum. Quid ais. Callicles. Et hoc etiam durius: considerabo interim sequere nã maiora paradoxà auditurum me uideo. So. Paradoxà: imò Axiomata. Sed dicis neq; uoluptas bona neq; dolor malus; nec q̄ ad ea ducūt bona aut mala cēsensda sunt. Quid ad hæc? Cal. Hæreo, stupreo: Sed quenã ad hæc ducūt? & quæ dicis o Socrates? Soc. Ad uoluptates: dico opes, amicitia, amores, potentia, libertas. Ad dolores: morbi, carcer, cruciatus ac talia. Cal. O quæ audio, nonne dicebam tibi o Socrates te paradoxa dicturum. At ista magis admiranda sunt quam quæ à Poëtis scribuntur. Illa enim admiranda profus sunt: an tamen aliquando contigerit aliquis dubitare potest:

test: At de his quæ dicis nemo dubitare potest cum experimentum doceat contrarium horum. Socrates. Responde igitur. Callicles. Quid si non scirem respondere argumentationi qua me asinum esse conuinceret, nam & id planè facturum satis confido. num uelles me mole ducendæ uirum liberum & ciuem Atheniensem nihilquæ mali meritum subiicere? Socrates. Iam disputamus: id quod dicis plurimum abest non solum à ratione sed à sensu: ubi sensus iudex non est rationi standum est. si ratione conuinceris debere centum minas etsi non deberes, iudices te ad soluendum adigerent. At ubi sensus iudex est sensui standum est. Nemo autem sensu te esse asinum dicere potest, sed depræhendit esse hominem & Calliclem uirum bonum ciuemquæ Atheniensem. Cal. Verum enim uerò ne me tam abiectum esse existimes ut diffidam non posse huic rationi, quam palam est falsam esse, respondere. imò multiplex est fallacia. Neminem pœnitet uoluptatis omissæ, falsum primum hoc est: quinimo creptam sibi

occasionem plurimi dolent. Imo nemi-
 nem nō pœnitet ob id, sed quidam glo-
 rię sibi ducunt sponte potuisse negligere,
 quod etiam in cæteris bonis contin-
 git. sed neq; omisisse bona semper piget
 sed tantum egregia: At ego neq; omnes
 bonas uoluptates esse cōtendo, neq; tu
 nullas. Propterea id omittamus. Soc.
 Distinctē primum si placet singula attin-
 gamus & bona fide. Calicles. Placet.
 Quid uis. Socrates. Primum quod
 suadent oratores & circa quid maximē
 uersantur est bellum, uideamus quærso
 an bellum bonum sit populo Atheniē-
 si. Ex hoc enim multa declarabuntur.
 Calicles. Rectē cogitasti. Soc. Dico
 ergo bellum omnino malū esse & priua-
 tis & reipub. Bello homines intereunt
 aut redduntur inutiles ac syderantur si-
 untq; improbi, sæui, fures impij: cædes
 peraguntur infontium, uastātur agri, ur-
 runtur segetes & proteruntur, diruuntur
 domus decipiuntur urbes & uillæ, succi-
 duntur uineta, consista, uastitas fit ubiq;
 supra, iniuriæ admittuntur in imbellē
 sexum & ætatem, artes negliguntur, dis-
 ciplinę

ciplina & liberalia studia contem-
nuntur, deorum cultus, religio cum sacris
omnibus sacerdotibus ipsis profanan-
tur & conculcantur. Sed quæ nam utili-
tas etiam ipsis militibus? equis quidem
drachma argenti in singulos dies, pedi-
tibus duæ drachmæ in singulos menses,
res uix fidem posteris seculis habitura.
Quid ergo potest esse bellomiserius, seu
ad eos quibus infertur, seu qui inferunt,
referatur. Nihil adeò exécrabile quam
bellum, ut contra nihil tã salutare quam
pax. Sed fac ut bello urbs ipsa fiat lon-
gè potentior, milites ditentur. Quæ di-
uitiæ possunt esse cum tot assiduisq; tri-
butis? ut. le interim lucrum perit: quod
partum est breui dilabitur, homo iner-
tiæ & luxui atque luxuriæ assuetus fit, ex
paupere mendicis. Ipsa uerò urbs
quod malè partum est plerumque resti-
tuere cogitur? si non cum fœnore mul-
to amittit. Si retineat maius in retinen-
do dispendium (omitto modo labores
& pericula) quam reditus. Itaque non
tam priuati quam urbes & reges ipso
bello fiunt pauperiores. Quinimò ip-

sa bella solent comitari penuria, & per
ftis, ut paucis ante annis uidimus.

Quid ergo agunt impij oratores mille
supplicijs digni, qui miserum hunc po-
pulum ambitionis & auaritiæ solius
causa tot iam annis exagitant. Nec mi-
sericordia tot pupillorum, uirginum, ui-
duarum, senum, mendicorum, ægrorū,
seruorum, opificumq; plebeiorum mo-
uentur, quibus indicto bello ob anno-
næ penuriam propter tributa fame per-
eundum, quamuis in excelso positi, nec
ut mortales ac socij meminerunt, iusti-
tiæ, æquitatis, honestatis, uerecundiæ.
Non eos pudor mouet non recordatio
humanitatis? nec cum seruiant populo,
magistratibus obtemperare coguntur,
maximeque sexuiris, metus illos & tot
exempla suorū maiorum qui malis mo-
dis periere coercent? Sed neque in pa-
cata & à bello quiescente Repub. melio-
res aut utiliores ciuitati, sed dicit acti fu-
rialibus inaudita committunt scelera at-
que immania. Vidimus paulo ante quæ
per hoc contigerunt apud Corcyreos et
quæ nuper inchoata est seditio apud
Arg

Argiuos, nescio tandem quo eruptura,
ab oratoribus accensa, alita.

Sed quid abiectius hoc genere homi-
num perditissimo, iniquo, futili uano.
Videas in felicitate secundisq; rebus fu-
riosos, in aduersis adeo proiectos ut
quæuis mulier fortior sit, quæuis puer
prudencior. Quid ergo prodest aut
quam ob causam ei disciplina dare ope-
ram, qua adepti perniciosi patriæ uni-
uersæ, ciuibus singillatim & amicis, sibi
ipsis inutiles & modo blandiente fortu-
na intollerandi, modo in calamitatibus
lugubres, semper autem stulti. Quid e-
nim stultius quam populosuadere ut in
cæde regum amicorum iniqua, quosq;
iam ob benemerita ciuitate donarunt, le-
gitiam publicam præferrent, ipsos pro-
ditores aut eorum statuas corona (quod
summum erat ornamentum) decorarent
sacrificarentq;. quodcum non semel his
populus in huiusmodi casibus fecerit,
quid aliud illi egerunt quam ut merito
alioquin in precio habitus, ut odio ma-
ximo tanquam ingratus & perfidus, &
contemptu ut qui plus non posset tyrā-

nis hostibus malefacere dignus haberetur? Quid si Thessalorum aut Macedonum rex aliquis quantumuis in nos humanus simili casu affligeretur? quid aliud aduersus omne iusiurandum spreto omni decore ciuitatis legibusque perfundatis modo liberarentur uicini, quam infantis regis metu quod in Persarum regibus negligunt facturi essent. Sed quo improbitatis deuenerunt omnes non dicam aliqui, ne ut prius subterfugas ut Thucidides damnatus perculatus in exilio uixit eorum conscribens historias à quibus damnatus erat. A quibus si iniuste quomodo potuit, si iuste cur uoluit? Quid de Pericle qui uana publica lætitia, & solida priuata tristitia luctu scilicet filiorum adolescentum coronatus sacrificabat. Omitto nostros, quid enim fœdus lycone? Quid Isocrate ineptius. Quid Iseo uenalius: quamquam uulgare sit omni Rhetori orationes in utramque partem habere. Gorgias. Sed hæc o Socrates sunt malorum uirorum flagitia non oratorum. Socrates. Imò quod hoc tu non facias priuilegijs

legium est probitatis tuæ non artis. Callicles. Ergo suades o Socrates ut homines semper in pace degant, id est Reipub. utile esseris. Socrates. Non. Imo uolo iuuentutem exerceri, senes peritos esse militiæ, arma pro quadraginta millibus peditum & pro quinque millibus equitum, triremes & quinquiremes paratas ad numerum trecentarum in portu; machinas etiam egregias præterita sumptus, ministros, magistratus, opifices, alimenta, duces, sic ad manum ut si mane de bello gerendo decernatur uesperis classis aut exercitus prodire sic possit instructus in sex menses ut nil desit. Callicles. Difficilis res hæc Socrates. Socrates, Imò facilis: illud nobis animaduertentibus quod in festiuitatibus seu Bacchanalium seu Panathenaiorum omnia multo aut in promptu sunt, cum tamen festa hæc uoluptatis causa potius quam salutis Reipub. sint instituta. Ipsam præterea iuuentutem non solum meditationibus & exercitationibus eruditam & ad bellum promptam sed etiam usu belli esse uolo ipsius paucos singulo

lo anno emittendo semperq; alios atq;
 ad alios ad fines Atheniensium qui par
 tim urbes dubias retinerent in fide, dis
 cantq; cauti ac modesti esse. Alij acres
 tuantur, hi patientie assuescent uigilan
 tięq;. Qui uero preljs arces oppugna
 re aut sufficere tentabunt hi fortes, & ua
 fri, callidi impigriq; euadent. Demum
 alij & multo plures Atticam circueunt
 die noctuq; estate atq; hyeme, ut assueti
 frigoribus, niui, ardoribus, itineribus tra
 nandis aquis, gestandis armis, seruandis
 ordinibus & inter eundem, nullumq;
 munus militis non tenebunt, ut futuri
 sint non solum perfecti milites sed etiã
 quod optimum est assueti ac duri. Ita
 paruo dispēdio fortunarum ciuium mi
 noreq; cede florentibus studijs discipli
 narum omnibus etiam regibus incipiēt
 esse terribiles. Iam uero à laconibus pa
 rum timendum est, cum eo redacti sint,
 & ob clades & ob terremotus ut ad nos
 auxilij causa confugerint. Gorgias.
 Erant ne adeo terribiles in bello. Soc.
 Imò pene inuicti o Gorgia. Gorgias.
 Cur. Socrates. Dicam postquam au
 dire

dicere cupis. Institutio uitæ ferme omnium horum in causa erat. Primum nullis artibus uacabant sed ociosi erant, ideo etiam libertatis defensores acerrimi. uelut, etiam uides Persas & Indos, ut contra qui artibus dant operam serui fiunt: amant enim lucrum, degeneres euadunt, & artem militarem non possunt exercere, ut Lydi ac Phryges. Propterea audio in Italia ubi bellicosissimi feruntur esse homines cum artibus non possint Cærere omnino nullam tamen sedentariam: ut textorum uel sutorum eos exercere. Sed ea relinquunt munera mulieribus, seruis, libertinis, & exteris. Deinde ut ad lacones reuertar cum ocio dediti essent coacti sunt totos militiæ se dedere. nam agriculturam illotis mandarunt. Victu autem adeo aspero domi uiuunt ut deliciosius in castris uiuere uideantur. Sic tamen in castris uiuunt ut prælium tantquam solutionem laborum expectent, atque optent. Ita gloriæ consuetudinis & securitatis causa cum semper armati degant, & plurimum exercentur, sub dio maneant paucosq; cibo ac potu utantur

tur corpora habent, ut uidere potuiffes
 nostris multum difsimilia, uafte gracilia,
 macilenta, hirsuta, nigra, laborum fupra
 modum patientia. Cum uero ad pugnam
 prodeunt miris modis incitantur
 Aeneis fi quidem tubis Doricum Pœas
 na canunt atque ita ad Prælium fe accin-
 gunt. Par fimul admiratione, rifu terro-
 req; multo digna: uidere totum exerci-
 tum tielut bacchides faltantes. At cum
 fint leues & ualidi ut dixi res prodigio
 fimilis uidetur clamantq; Italorum mo-
 re. ut uix ullæ fint acies fed præcipue baro-
 rum quæ illorum afpectum fufline-
 ant. Et ubi dimicare cæperint agilitate
 & robore alacritate quã tantũ uifam de-
 fperant diu fe poffe impetum reliqui po-
 puli laconum fufline. Quod nifi quoda-
 dam Fato à Thebanis uicti effent: totq;
 fimul & contra nos & contra Theffalos
 & Meffenios & perfas bella fufcepiffent
 præcipue autem maritima, in quibus mi-
 nus multo ualent, poftmodum uteriti
 funditus terremotu, ut quinque dunta-
 xat domus in tâta urbe fuperfuerint: fu-
 perbiaque intolleranda quæ etiam faui-
 tia

tiam immanē in eis peperit cunctis græcis odiosi facti fuissent, adhuc staret, adhuc floreret imò etiam imperium totius Græciæ retinerent. Sed ultio diuina O Gorgia credo & nos & illos miris modis profecuta est. Callicles. Sed ad oratores redeamus alias nunquàm finem habituri. Socrates. Imo. Constat ex hoc Rhetoricam non esse utilem artem quæ nec in bella nec in pace utilis sit: nec amicis nec inimicis, neque ciuitatibus nec ciuibus. Callicles. O Socrates non paruum est uelle clauam è manu Herculis eripere. Et à Rhetorica tollere pulchritudinem, non est Rhetoris suadere quod optimum sit, sed in re bellica ducis prudētissimi, in Republica peritissimi gubernatoris, in iudicio sapientissimi iurisconsulti, in ædificando uerò Architecti, atq; ita in reliquis. Hoc unū sibi solum uendicat orator ut quod suadendum est uehementi oratione ualidis que argumentis persuadere norit, id autem aio esse semper utile atq; decorum tum priuatis tum Reipub. tum sibi ipsi. Sibi ipsi quidem quod pulcherrimum
sic

sit ab omnibus in admiratione haberi
 possēt quod uelis efficere sua uiloquen-
 tia, ut alij uelint. Et turbam in tot partes
 diuisam in unum redigere. Quin etiam
 ipsa per se facundia pulchra est: opes, au-
 thoritas, potētia inter ciues parātur per
 multos annos. Atq; id satis est require-
 re cum mortalis sis immortalem felicitate-
 tem. stultum est ubi cadendum tanto al-
 tius cadere necesse est quo plus ascende-
 ris. Hoc admirantur mortales causæ nef-
 cij. Cæciderunt Thucidides, Pericles, I-
 socrates, ut alios præteream, quid turpe
 in Pericle priuatus natus obiit Reipub.
 Princeps & ciuitatis dominus. Euertit
 urbem nostram: hoc si sic est, mali ciuis
 officium fuit non boni oratoris. At si bo-
 nus orator nō fuisset nō euertisset. neq;
 si non uidisset audisset prudēs & solers
 fuisset atq; etiam incolumis. nunc ergo
 omnia hæc uitio uerte quod non sine il-
 lis imò cum illis Rempub. euerterit. Sed
 neque si non tam mansuetus fuisset tan-
 tum imperium obtinere poterat: ergo
 & mansuetudinem etiam damna. Quin
 etiam si Sol non illuxisset unquam hæc
 agere

agere poterat an ergo bonum fuisset ca-
rere perpetuo Sole? Quis hæc nisi stul-
tus prorsus adducat in medium. lauda-
tur Nestor à sapientia & facundia. Duo
erant non unum, duo fines uehementer
persuadere seu rectè facundiæ, utilia sa-
pientiæ. In Isocratis morte quid habet
quod non laudes, proximus centesimo
anno incolumis quieto obitu sineque
dolore obiit. In Thucydide improbi-
tas fecit exulem, facundia effecit ut mul-
tis domi qui essent ciuibus præferretur:
& nunc monumenta sua leguntur. At
non sunt fortes, patientes, prudentes in
aduersis: non est hoc munus Rhetoris,
sed quod sciat persuadere. Et quanto
altiore loco se deiectos intelligunt, eo
ut mortales catti uehementius dolent ac
lugent infortuunia sua. nihil ergo in his
alienum à ratione uel admiratione dig-
num. Id medicis, pictoribusq; nobili-
bus ac principibus accidisse uideo. non
accidit pauperibus solisque Philosophis
inter eos qui in precio habentur uiris.
nec illis etiã omnibus contingit ut mor-

tem patienter ferant ac fortiter. Illi euadunt ab hoc metu qui mortem fortuitam subeunt. Cæterum durum est non timere imò etiam non lugere instantem mortem.

Dicis præterea optimum esse patriæ bene consulere, omitto modo multa de quibus acturus sum post, id à te quero tanquam Philosopho eoquæ præclari nominis: si ut maior redundet utilitas atque generalior o Socrates cur non potius toti humano generi? si ut euidentius bonum, cur non tibi soli? Dico sic o Socrates: natura mihi uidetur omnes agnati cognati quæ ac proximi nam omnes sumus eodem genere nati, quid est hoc partiri Græcos à Barbaris? Seruos à liberis? Athenienses à leontinis, quandoquidem omnes sumus homines, omnes humanitate digni, omnes Deorum cultores nisi si qua gens impia sit, & omnes eodem sanguine procreati. Quinimo ni me fallunt quidam q̄ de natura scripsere, affirmant, omnes homines quod ad formam attinet unum solum eundem

undemque esse hominem, distingui ob
materiam subiectam. Id illi, uerum ne
an sit ignoro, palam iactant. Callicles.
Verum Socrates qui patriam unam in-
colunt, eisdem sacris utuntur, eisdem le-
gibus, matrimonia iungunt, officijs se
inuicem uinciunt, beneficijs obligant, si
unus lædatur ea iniuria ad omnes per-
uenit. Iactura quoque persæpe commu-
nis est. nec existimato tot legum latores
id solum non uidisse quod tu solus ui-
des. Socrates. Imò quid uoluerint
legum latores nescio lycurgus dum hor-
tatur lacedemonios ad arma, ad patriæ
potentiam, ut Atheniensibus noceant,
sintque incommodi hortatur. Idem fa-
cit Solon Athenienses hortando contra
reliquos: nam & ut infesti sint lacedemo-
nijs suadet, uterque autem omnibus a-
lijs. Cum ergo pugnantia præcipiant
malè alter aut uterque consulit. Hinc
orta tot mala, euerfiones urbium, iniu-
ria, miserix, seruitus, res omnino exer-
canda. Finge aliquem ex communibus
omnium parentibus uiuere, quomodo
feret

feret hæc? perinde ac si pater filios inter se pugnantes, ut Cedippus Eteoclem & Polytricem.

Sed non uiuit; an putas Deum uniuersum si parentem non meliorem fore hominem illo. Et æqua mente laturum tot opprobria quæ unus in alium iniuste congerit & mala quæ infert? Callicles. De parente non dicam, neque enim natura hoc uoluit ut tam diu superesset, ut posteri illorum diuersas regiones incolerent, diuersis institutis uiuerent: Sed quod ad Deum attinet ipsemet aut author est huius quam tu uocas iniustitiam, uel saltem exemplum exhibet. Et cum multa pro hoc ostendere possem, uno duntaxat euidenti ero contentus: Propter quid enim creauit seu is seu natura eius uice pulices, pediculos, cimices, muscasque, quæ omnia sunt supplicia pauperum, quod neque mutare possint uestes cum libet, nec domos, nec seruis utuntur: at diuitibus hoc malum est prorsus ac si nullum est. Cubiculis frigidis, locis perflatis æstate degunt, lectos

mu

mutant, omnia nitent, uestes munde, ser-
ui flabellis ita muscas exagitant ut per-
sæpe cum unum anxie quarant domini
alicuius experimenti causa non inueni-
ant. At si Deus hominum æqua con-
ditio ne gauderet hæc non generando
pepercisset labori, magnoq; decori fuis-
set uniuerso huiusmodi non esse. Socra-
tes. Imò o Calicles ob id uidetur ho-
mines ad æqualitatem incitasse ne talia
perferrent. Calicles. Nuge o So-
crates nam oportuisset auxilium nõ uo-
luntatem uel incitamentum præbere:
quandoquidem inæqualitas ipsa per se
nobis dominetur ob ætatem, sexum, ua-
litudinem, robur, ingenium, fortunam
quandam, æqualitatem nullus unquam
populus uel inter suos ciues, quantum-
uis paucos, seruare potuit. Vides Athe-
nienses quibus nulli fuere magis æqua-
litatis studiosi, & tamen inter illos maxi-
ma est inæqualitas: opulenti, miseri, in-
quilini, ciues, ïgenui, liberti, liberi, serui,
oratores, elingues, potētes, abiecti. nec
præter Senatum quingentorum, quem

etiam multi euitant ob inopiam, quicquid
nullum emolumentum affert, ulla digni-
tas aut magistratus fortitione eligitur.
Itaque fatearis mi Socrates etiam De-
um fauiffe iniustitię ut beatis ac opulen-
tis bene esset ex ipsa conditione que me-
lior est, sed etiam ut quędam mala mi-
serię necessario annexa forent & intol-
leranda. Socrates. Aperuisti mi-
hi uel non circumspectanti oculos o Cal-
licles: Siquidem ordinem hunc nobi-
litatis uelut in immortalibus esse uoluit
sine incommodo, ita & inter mortales
etiam si incommodi quicquã adiun-
geretur. Ordo autem bonus est & ex
Dei instituto, incommodum ex nostra
conditione. At hoc incommodum le-
uius esse existimauit, quod ad alium fi-
nem puto Deus spectaret. Itaque ini-
iustitię Deum nunquã fauere confi-
tear, ubi etiam iniustitia uiget Deum
multa ex propria liberalitate donasse
non negauerim. Velut Solis & aquarum
usum, fortitudinem, pulchritudi-
nem, eloquentiam, gratiam, ordinem.
sine

sine quo neque decor adesse neque ad
summum perueniri potest. Verum ista
mittamus, maximum mihi uidetur Rhe
torum iniustitiæ argumentum, uniuers
scq; damnandæ artis, quod ipsa ars ex il
legitimis maximam partem argumen
torum assumit: sic enim omnes illius ma
gistri docent? Ab utili sumendum ar
gumentum, à securitate, à facilitate, ab
exemplo, ab affectu: ambitiosos conten
tionæ, iratos uindictæ commemoratio
ne, inanes spe incitando, inuidos do
cendo quo possit ille euerti, emulos
quo possit iudex anteire, improbos ra
pinarum uiam patefaciendo: atque in
his nulla recti aut equi cura erit. aut igi
tur singula ex his relinquere oportet ma
ximamq; artis ob id partem, aut fateri
non æquales esse artem seu indifferen
tem, imò omnino malam & iniustam.
Callicles. Videris mihi locusta siue ca
preolus o Socrates qui hinc atque illinc
saltitas. Sed tamen & huic argumen
to respondebo: Dico quod prius dixi
ram, artem neque malam neque iniu
stam

stum prorsus dici posse. neque in probando Rhetorem debere ullam partem prætermittere, quæ ad probationem faciat, neque oratorem quin in medium adducat. Verum ea sola his auxilijs sunt fulcienda quæ uel iusta sunt, uel secundum leges uel honesta uel misericordia digna. Nam cum rationes uerè popululum aut imperitos iudices non mouent huiusmodi auxilijs utimur imò indigemus. At cum nesciamus an apud popululum ueræ rationes persuasuræ sint, neque sciamus an iudices periti sint quantum decet propterea Rhetores ad maiorem securitatem etiam has probationes ubique inculcant: Superfluè si possint recta uia concludere, periniquè autem ad defendendam iniustam causam, Socrates. Admirabilis es o Callicles: sed dic unum si ueræ rationes probandi factum aliquod in quouis genere quatuor sunt: iustum ex lege, misericordia dignum, atque honestum, ubi inuicem pugnent, ut plerumque accidere solet, cui innitetur orator, ut uir probus dici possit.

possit. Callicles. Rectè concluderes si semper uni insistendum esset, nam uel reliqua essent superflua aut abijcienda. Nam si iustum præponi deberet, nec esset idem iustum quod secundum leges neque quod misericordia dignum neque honestum, cui usui esse illa deberent quæ semper posthabenda essent: aut si idem essent: quid curandum cum uno adepto omnia adipisceremur. Constat igitur o Socrates aliud esse plerumque non tamen semper iustum secundum leges, honestum & misericordia dignum.

Aliquando tamen coeunt, ut nullam ansam habeat aduersarius. Quod & si diuersa sunt non semper sequi idem oportet sed quod est magis: atque in hoc probitas & Rhetoris & iudicis etiam magis elucet. Velut si quis hominem qui prouocauerit iratus occiderit: sit autem qui occidit unicus patri filius, aut matri. una ex parte lex occidendum iubet, altera, prouocatio lenit supplicium, ira, tum misericordia parentum. ista

cum sint maiora legis imperio seruabimus uirum in lapidicina aliquot annis. Contra alius cui loco patris sunt plures filij adactus spe potiendæ pecuniæ interfecit mercatorem, hic legis seueritas plus potest causa misericordiæ: cum filijs se eripuerit, nec illis pepercerit ut sine labore uiueret: Occidet hunc lex, filijs autem ut alantur prouidebit.

Socrates. Recte ais o Callicles.

Sed cur si quis patrie causa spoliari hominem laudatur, si filiorum quia magis sunt nostri, pœnas dat?

Callicles. Ad priorem redit disputationem clam o Socrates.

Verum ego non laudari qui hominem ex urbe hostili spoliari atque occiderit, nisi ille hostili animo in te feratur. Quia tamen illis temporibus omnia sunt periculi plena, & ob bellum tot insontes & imbelles malè tractantur. Et etiam ne in controuersiam cuncta uertuntur uolunt licere quod haud licitum est.

Socrates. Atqui mihi etiam si omnia

omnia de patriæ commodis legibus atq;
coniunctione concedantur mihi esse pa-
tria uidetur o Callicles.

Callicles. Cur ita o Socrates.

Socrates. Quoniam uideo non
eosdem manere sed uelut in flumine
nunquam eandem esse aquam licet lo-
cus ac nomen maneat.

Quid putas fuisse de Atheniensibus?
an credis Athenienses hos, esse
posteros eorum qui fuerunt tempore
belli Troiani: uel illorum qui tum fere
Athenienses nunc descendentes in ur-
be esse? Sed illi partim alio se contu-
lerunt missi in Colonias, alij captiui, a-
lij exilio pulsi, alij ob negociationes, a-
lij filios per adulterium genitos paren-
tibus creditis reliquerunt: Ita qui nunc
in urbe habitant alij sunt descendentes
exulum aliarum ciuitatum, alij militum
alij ex seruis nati, alij & negociationi-
bus orti alienigenis, quidam etiam ex
furtiua uenere aduenarum geniti.

Quo fit ut non rectè quidam ueteres
iniurias acceptas in eandem urbem uin-

dicauerint multo post tempore. Velut illud Gylippi ab Atheniensibus pœnas exigendas Syracusijs quòd olim in Mitysteneos, Melios, Sioneosque illi sc̄uerint mirum in modum.

Sit ita: fuerintque, crudeles: an idem sunt uiri? non certè, nam uix duo ex illis supererant, dum Iacon apud Siculos perorabat: num quia eodem loco habitent? stultum sanè homines qui in urbem aliquam ueniunt de criminibus ipsius urbis ueteribus teneri. Cum nemo sit tam atrox uindex etiamsi filij sint illi necati ab inimicis qui uindictam exigat ab eiusdem loci habitatoribus, uel quia eadem instituta seruent uel quia eisdem aris utantur, omnia hæc absurdissima.

Quid tandem quod illorum sint descendentes & ex eadem agnatione cognationeque? At hoc dixi inane & commentitium. An ideò quod unum sit ciuitas, & certè ita est & in unum conspiciat ut commodè uiuat ideo punienda est tanquam unum sit? nequaquam. nam-

mo-

modo magis in cæteris conueniunt ciues inter se quam cum reliquarum urbium ciuibus, his ipsis institutis, moribus, consuetudinibus, sacris, legibus nō tam conueniunt quam conuenire coguntur. His addas quōd uiri minima pars sunt ciuitatis si ad numerum referantur, nam maxima ex mulieribus plerisque constat: qui & si uirtutis sint compotes non tamen deliberationis illius potuerunt esse participes cum à legibus prohibeantur. Et uirorum etiam non unum uotum est imō diuersa, uincitque deterior pars paucis suffragijs. imō persæpe nec plures sunt qui decernunt, sed uel audaciores uel pertinaciores uel potentiores uel quod in magistratu contigerit esse, uel quod improbus orator nec ex ipsa urbe oriundus suaserit (ut dixi) de gylippo qui nostros ciues perdidit, cum Nicolais Syracusius quamuis duobus egregijs filijs inuenibus ab Atheniensibus eo bello orbatu eos seruandos cōsuluisse. Et Mityleneorum excidij apud nos uiolentus orator Cleo. an uero par est

est tot uiros dare penas unius flagitio uiri aut etiam supino errore: absit. Itaque cum iam terminos egressi simus disputationis par est, ut concludamus non unam rem, & patriam quam nauim quæ nunc est eam esse, quæ argos olim Heroas uexit: cum nullæ illius tabulæ nunc supersint non elauit non aliud quicquam sed nominis continuatione in mortalitate perpetuitatem in aliena quod esset eadem incorrupta tanquam sit superstes, mentitos esse homines.

Quid ergo aliud est hoc ciuitatis nomen, hæc multitudo quam factio quædam humani generis? Quæ cum esset inuenta ad mutuum auxilium & ad cōmoda singulorum qui in ea essent, deducta est ad incommoda aliorum & ad dominationem.

Nam pari modo & in ipsis urbibus uigent aliæ minus amplæ factiones: popularium contra optimates, tenuium contra locupletes, artificum contra nobiles, urbanorum contra rusticos. Denique etiam eorum qui uni uel alteri adhærent.

Si

Si ergo bonam esse præstat & utilem, omnibus hominibus, modo hi cæteris non sint infesti bonum & utilem esse conuenit: Si proprio commodo consulendum, tibi tuisque fratribus, parentibus, posteris atque amicis duntaxat benefacies: Ita in nullo numero hoc patriæ nomen erit. Call. Vera esse reor quæ dicis o Socrates si de bono uiro simplici sermo habeatur, sed aliud est uir bonus, aliud ciuis bonus.

Nam cum ciuem bonum dico, eum intelligo qui omni suo studio ac coram iurauerit in commoda illius societatis, atque ob id ad illa tenetur iuramenti uir & sodalitatis ut dicunt. Verum si bonus simul uir & ciuis esse ualet commodis omnium bonorum studebit: modo boni illi ciuitati non sint inimici. Quòd etiam si sit erga illos in priuatis officijs bonus erit ac iustus, in publica inimicus aliter se eximat è ciuium numero & ut deus quispiam aut fera solus uiuat.

Quòd uero dicis de alijs factionibus recte reprehendis, hæ enim neque bono-

bonorum sunt ciuium neque hominum
sed improborum & proditorum. Et
qui ad illas etiam conuiuent non sine
culpa sunt.

Sed neque bonus ciuis est qui iniusta
suadet ciuitati quamuis utilia, quoniam
in iuramento intelligitur ut aduersus de-
creta naturæ non faciat nisi coactus. Est
autem naturale homini benefacere ut et-
tiam cæterorum animalium.

Nam quæcunque amamus his bene-
facimus naturaliter, amamus autem ho-
mines omnes quia pulchri uidentur:
pulchri autem uidentur quia similes: ita
Equus Equo uiso gaudet, Bos Boue,
Ouis Oue, Leo etiam Leone.

Socrates. Sed tamen magis ama-
mus mulieres quam uiros, et si uir uiro
similior sit quam fœmina. Cal. Ita,
illud non est naturale ex origine sed fi-
nis causa. Ut enim genus conserua-
retur concubitus erat necessarius: at con-
cubitus cum muliere fit non cum uiro,
ideo cum concubitum alliciat amor,
conuenit ut finis gratia mulieres ma-
gis

gis amaremus quam uiros. Quamuis uiri si nudí inspiciantur longè sint pulchriores. Ob id pictores & sculptores uiros nudos libenter faciunt, mulieres autem uestibus ornantur. Sunt enim in uiris omnia rectiora maiore cum proportione & magis expressa. Mulieribus genua inter se colliduntur, carnes laxæ, crura & coxæ breuiores quam par sit, nates & māmæ crassiores, uenter latior etiam si uirgo sit. Quocirca Tyrreni & Sybaritæ & Tarrentini malè faciebant pueros cum puellis nudos exponendo. nam cum forma ad sit uenustior nec concubendi modus in nefariam uenerem prouunt. Sed si paululum considerarent, non quæ extra est, cutim solam, sed quæ intus continentur: puellarum quidem corpora et concubitum maximo emerent, puerorum ne maximo precio sollicitati inirēt. Sed & est maius in mulieribus quam pueris cum uiris similitudinis argumentum.

Soc. Quod? Cal. Virtus siquidem.

Socr. Nunquam fatebor o Callicles uirtutem in foemina esse. Cal. Cui. Socr.

Quoniam foemina est uir imperfectus

uuu

mul.

multumque ab illius dignitate remotus:
 cumq; uix in uiro nisi philosophia imbu-
 to uirtus adsit q̄modo uis ut in muliere?
 Cal. Nugæ uelut in uiro uirtutes sunt ab-
 solute ita in muliere minus sunt perfecte.
 Soc. in q̄bus dicas & quæ nam uirtutes?
 Cal. Fortitudinis primuut ab eo exordi-
 ar q̄ magis alienū est à natura muliebri
 quale experimentū dedit Penthesilea &
 quæ parō abfuit quin Græcorū naues a-
 pud Troiam exureret. Qualis Atremisia
 annis ab hinc circiter quinquaginta, forti-
 tudine, pietate, prudentiaq; insigni? Et
 Semyramis Nini uxor quam amplū im-
 perium rexit prudentia, quantum auxit
 fortitudine? Et penelopes quanta fuit
 continentia? Referunt etiā in Italia quan-
 dam mulierem lucretiam nomine quod
 stuprū passa sit à regis filio semetipsam
 occidisse, cum uir horraretur ut uiueret.
 Quid de Armorix Gelonis filix fide ac
 fortitudine? Sapphonis sapientia. Pur-
 doris quantam rationem habuit Polyxe
 na dum caderet & pudicitix Hippo iam
 paucis ante annis extincta. Quid plura
 nonne sapientissimi legumlatores cu-
 ram

ram rei familiaris mulieribus delegarunt.
 Est mulier comis, prudens, prudica, for-
 tis, uerecūda, fidelis, pia, iusta, parca, pro-
 uida, misericors, grata, læta, continens,
 temperata: & licet in plerisque inferior ui-
 ro, in quibusdam tamen etiam præstan-
 tior. Ergo pro hac pugnabimus po-
 potius quam pro Republica. Socra.
 & fœmina uirtute polleat non tamen ui-
 ro similior erit alio uiro, cum in fœmina
 sit præstantior. Calicles Vera dicis o
 Socrates sed fœminæ quæ uirtute præ-
 cellunt frequentiores sunt uiris ac mul-
 to plures, adeo ut omnes ferme sint par-
 ticipes mansuetudinis, misericordiæ, a-
 moris, patientiæ, officij diligentia cuius
 dæque peculiaris prudentiæ. q̄ & si nō tanta
 sit quanta uirorū domui, tñ tractādæ est
 accomodatior. Soc. Ergo neq̄ orator q̄d
 bonū est Reip. cōsulet: neque ut uideo
 quendā ad uirtutē hortabit quæ non sit
 illi utilis. Cal. Non id dico o Socr. sed in-
 spicere oportet quam bene instituta sit i-
 psa Respub. Soc. Quomodo? Cal. Ut de-
 orū potius q̄ hominū sit domiciliū. Soc.
 Quid ais? Cal. uera dico. Soc. Quomo-
 uuu 2 dout

ut sint leges optimæ atq; illæ seruentur.
 Defensorem autem populum instituere
 oportet atq; etiam peculiarem quædam
 magistratum qui eis præsit. nam si solus
 is defensor sit aut succumbent hi legesq;
 contemnentur, aut si uincant & superio-
 res illi sint Rempub. Occupare poterūt,
 ut in Italia contigit quibusdam qui legi-
 bus à ciuitate nostra acceptis præfuerūt.
 Quapropter oportet leges esse æquas ad
 modum, & populo inesse quendam sen-
 sum Dei ut ad illas seruandas illarumq;
 uoluntatem potius etiam quam uerba:
 & ut iudices optimi quicq; sint & incor-
 rupti. ipsi uerò ciues asueti parere legi-
 bus aut ab initio illarum amore frāgerēt.
 quod fiet si societatis non pœniteat, sed
 adeo bene temperata sit ratio bonorum
 magistratum, opum, tum muniōrum;
 laboris & tributorū, res bellica, agrorum
 cultus, uxorīa coniunctio, patriæq; po-
 testas & in seruos dominium, conuiuia
 ac festa, uiuendiq; mos ut se superiores
 ob hæc omnia cæteris mortalibus existi-
 ment. Deinde ut ab initio quædam bo-
 na fortuna affulgeat ut tam diu semel si-
 ne

ne offensa cohabitent, ut etiam sine exter-
no bello nulla seditione inter se labor-
rent. Id scilicet fiet in trecentis annis uel
etiam ducentis, in totidem enim popu-
lus assuescet legibus. Quod si non bonę
fuerint nequeuales bello externo, ut no-
stra ciuitas & lacones quicquid habent
irarum inter se in miseros effundunt ho-
stes. Sed non est bene instituta Respub.
quę nisi bello teneatur externo, non diu
potest sine seditione manere. Nam hui-
usmodi ciuitatibus accidit ut quanto fe-
liciores sunt magis erumpāt seditiones,
& ita aucta potentia fiant miseriores,
quando feliciores esse deberent. Et ideo
leges ciuitatis ad pacem potius quā ad
bellum debēt esse comparatę. aliter sem-
per illas necesse est laborare grauib; in
fortunijs, uelut etiam ut audio apud bar-
baros Carthaginenses in Africa & Ro-
manos in Italia. Hę igitur quatuor urbes
etiam si ad imperium uniuersi perueni-
rent, felices esse non possent, imō nec tū
tetinere libertatem, quod leges illarum
prauę sint, sed ciues belli tempore iras
urbicas in alias ciuitates effundūt. Qua-

re necesse est huiusmodi ciues esse inu-
 stos & saeuos, & immania patrare facino-
 ra. luuat autem multum ut seditio non
 procedat, ne quis ciuis ferat. Omnino
 arma, nec comitatum, ducat domesticum,
 sed haec omnia solum sint magistratum.
 Ut uero armis carere honeste possunt, in-
 mo quasi necesse id illis sit, uestis lon-
 ga uel a pueris admodum & latis mani-
 cis in usu sit. Sic enim uelatur corpus
 & arma nimis dedecent. Cum ergo
 Republicae legibus ad tempus pacis po-
 tuerit bene coalescere, idque fiet si uirtu-
 tibus maxima gloria honorum, digni-
 tatumque premia statuantur: quocirca
 necesse est etiam uel adesse statuarum
 & ordinum & sepulchrorum & ornatus
 in uestitu & similibus: nam poenae & si
 graues necessariae sint uiolatoribus le-
 gum, odia tamen inter ciues pariunt: po-
 tiusque sunt ad tollendas seditiones quam
 concordiam augendam. nos autem cum
 utroque indigeamus, concordia tamen
 per se sufficere potest ad retinendam
 non solum ciuitatem sed imperio ampli-
 ficandam. quies autem uix retinere po-
 test

test ciues. In tali ergo Republica melius existimabunt ciues benefacere patriæ quam sibi: imò etiam melius erit quod famam & gloriam quam tota urbs potest præstare patriæ benefaciendo, si tibi aut aliis benefeceris, non consequi posse speras. Quare & si immortalitatis animorū nulla esset spes, imo magis etiam si non adesset, multi ad benefaciendum patriæ incitabuntur sed tamen spem illam retinere bonum fuerit. Similiter & si Deos nec testes bonorum operum habituros credamus nec adiutores. sed

Nec curare Deum credis mortalia quenquam.

Quod tamen religione sum opere cauendum est: Etsi etiam destituamur uelut in his qui animo efferato sunt & audaci, timore aut pœnitentiâ quæ ex conscientia scelerum gigni solet: ac etiã ratione illa optimè a nostro Gor. adducta, cur flagitia semper tandem hominẽ uerè reddant infelicem & calamitosum: nihilominus hoc uno auxilio & ciuitatum concordia & amor uirtutis in precio maximo haberi poterunt atque per-

perpetuo, quod ad humanas attinet) res
 retineri. Soc. Quinq; igitur modis, ut
 uideo, homines uirtutum cultores ac bo
 ni, etiam suppliciorum omisso metu, ef
 se possunt. Cal. Equidē. Atq; ita O
 rator bonus in huiusmodi ciuitate liben
 ter audietur atq; utilis erit, hortando ci
 ues ad publicā potius utilitatem quam
 ad priuatam. quoniam & in publica sin
 gulorum utilitas etiam magis quam si
 quis sibi soli consulat habetur. quis ergo
 non malit ambas quam unam per se so
 lam. Easq; cum decore quam solam
 cum dedecore? At si bonus orator in
 male instituta fuerit Republica dum ad
 uirtutem & concordiam ciues hortatur,
 boni quidem fient meliores ac magis in
 cauti atque ita maior potentia improbis
 ciuibus relinquetur & in bonos ipsos
 magis grassabuntur iniurij, ut magis ex
 positos illorum uolentia atque fraudi
 bus. Itaque nescio quantum tuis istis ad
 hortationibus boni afferas huic urbi aut
 quantum profeceris, uidentur enim mi
 hi indies o | Socrates deteriores isti no
 stri ciues fieri: nam turpiter sequuntur
 alienas

alienas opes, ut nuper dum Syracusios ob solam prædam inuaserunt, sed infœlici sydere ac quasi aduersus Deos: ut pene urbs nostra hoc aduerso bello conciderit, ut præter atrocem animum & celeratas actiones etiam non leue infortunium urbis consequatur. Idque ut uideo contingit bifariam, primum quod non est suadenda uirtus in ciuitate maioribus legibus instituta. Qd si leges sint bonæ, more tñ diutino deprauatæ, aliq̄ magno p̄sidio sunt restituendę: uelut potentia, religione, efficaci ratione, gloriæ spe, quib, omnib, cū tu destituaris meritò dixerim (neq; tñ mihi irascaris o bone) tuas has disputatiōes ad gloriã tibi cōparandã potius esse q̄ ad ciuitatis ullum commodũ. Soc. Ego tñ bono animo hæc feci semp, sed quomodo uideã res labi in deterius, nō habeo qd dicã nisi illud tutũ: Nō semp sagittator collimat: uerũ o genero se post q̄ adeo uideris ualere arte oratoria dici queso quib, nã in p̄ceptis maxime illa consistet. Cal. In quatuor maxime quouis in genere sit: seu demonstratiuo seu deliberatiuo seu iudiciali. Socr.

Hui tam paucis: dicas quæso. Cal. Amplificatione probationum, cōiectura ad probationem deducenda, Ancipiti in tuam sententiã trahēdo, & connexit. Quælia sunt, nostri rei seu actoris uirtus, nobilitas fortuna aduersa, calamitates, exemplum, amicitia & fauor bonorum, simplicitas, religio atq; huiusmodi: contra aduersariorum contumacia, uiolentia, doli, crudelitas, odium factio atque huiusmodi: Socrates: At si tam pauca sunt quare est quod ipsa ars singulis ætatibus tantum accipiat incrementi: nã quæ dicit singulis etiam sine arte ferme mihi uidentur esse perspicua & cognita. at uidemus quantam præstet cleon Antiphonti, Isocrates cleoni, lysias Isocrati. & nũc Isæus iuuenis quidam uite audio magnam spem de se sui initijs affert. uidi orationes quasdam Periclis quanto meliores uidentur quam Themistoclis, & tamen ille sua ætate in precio maximo habitus est, fuitq; Themistocles paulo antiquior Pericl. nunc uerò lycon dedignaret oratione Peric. uti. Gor. o Socr.

hæc

hæc non sunt incrementa artis, sed quod orationes cum persuadere debeant oportet ut sint moribus hominum accommodatae. At mores hominum in dies sunt delicatiores, ideo & orationes delicatiores requirunt. non quod in antiquis nervus aut roboris aut acuminis aliquid desideret, siquidem homines iidem fuere semper. Indicio sunt Charo de Catanienis De. Repub. libelli, qui quamquam antiqui, nemo tamen vel arte vel elegantia equare potest. Et nisi suavis aceto de argumento esset: siquidem de falsis testibus idem summus orator et legislator haberi posset. sed & idem discrimen inter oratores eiusdem ætatis veluti nostræ videre potest: nam quæ oratio apud lacones persuadeat & si habeat ad nostros civis videat debet: & nostra si ad lacones habeat totum audire non sustinebit sed rejiciet. Cum ergo solum nitore quædam & politia differat, non est ut ars aucta dici possit. Soc. Sed quidnam est in oratore sum. Gor. Imo quæ? Soc. uel quæ? Gor. Duo. Soc. Quænam sunt illa? Gor. ut quod adversum te est in tuam partem trahas, & quod argumentum contra te prebet ut iudices deterrat, id

id elidas. Socrates Non intelligo
 Gorgonius Dicam. Si quis ut com-
 miferationem moueat potentia aduer-
 sarij meminerit, forsan metu magis mo-
 uebit iudices ad nocendum reo quam
 ad commiserationem inclinabit. Oflen-
 det autem orator illis maiorem esse lau-
 dem quod aduersus potentem liberaue-
 rint infontem ex gratia quam cōsequen-
 tur ab omnibus bonis: deniq; postquā
 illam adeo extenuabit ut contra mise-
 rum plurimum posse uideatur: accusa-
 torem ipsum apud nobiles nullo esse in
 precio sed eum alios metuere à nemine
 metui. Quod uerò aduersum te est
 uelut quod is quem reum agis publi-
 cis dignitatibus ac magistratib. functus
 sit: ab eo argumentum capies si aliquid
 nunquam boni fecit mercedem accepit-
 se, tanto plus peccasse exemplo & eo ma-
 gis fuisse ingratum. Socrates. Sed si
 modo artem aliquam esset uis Rhetori-
 cam, non uideo sub quo genere artium
 sit collocanda. Nam Geometria est de
 mensuris, Arithmetica de numeris, me-
 dici de humanis corporibus hisq; ægris.
 cum

rum uerò fabrilis de ligno aut metallo
& stannaria de lapidibus aut ære uel lig-
no. Calicles? o Socrates non est Rhe-
thorica ut ulla harum certi generis sed
communis uelut etiam Grammatica &
Dialectica; hæ tamen sunt artes & præ-
claræ. Socrates. Si communis es-
set ars Rhetorica alijs seruiret artibus ut
dixisti de Dialectica & Grammatica:
At Rhetorica solis civilibus actiõni-
bus commoda est. Quid enim Geo-
metrica aut Arithmetica Rhetorica?
Calicles. At hoc mihi o Socrates re-
uocauit in mentem quod de Geometri-
ca & Arithmetica æqualitate heri dice-
bas, forsã proportionem seu rationem
intelligebas. alia enim & alia est ut eti-
am musica. at æqualitas mihi omnibus
& communis & una uidetur. Porro
quod dicis Rhetoricam non prodesse ar-
tibus quibuscunq;, non ea ratione com-
munem illam apello, sed quod omni-
bus utatur. Grammatica igitur omni-
bus artibus utilis, est uelut & Dialecti-
ca, non tamen ijs utitur: Rhetorica u-
titur quidem ad probationes, non ta-
men

men (& si aliter quidam sentiunt) ipsi stultus est. Soc. Aequalitatem intelligo non simpliciter neque ipsam proportionem: sed uelut dicimus aequalia esse septem ac septem, hoc non negabis? Calicles Nequaquaquam: & rursus rationem decem ad quinque & duo ad unum. Ita ut dominus suo seruo imperat: ita Rex suo satrapi: & ut Rex dominatur in satrapem, ita priuatus seruo: ecce aequalitatem aliam Geometricam quae non est proportio sed in proportione seu dominatione aequaliter: sicut Arithmetica est simpliciter hominum uelut plebei ad plebeium, & hominum eiusdem classis ut ita dicam inter se. Calicles: Intelligo: Sed est ne alia praeter has? Socrates Est. Musica quae est concordiae uniuscuiusque cum sua uxore uel filiis aut fratribus: neque enim inter uirum & uxorem est simplex aequalitas nam uir plurius est quam mulier: neque dominatur alter alteri, hoc enim pertinet ad heros cum seruis, sed concordiae ratio. Ita enim

enim se habet Rex ad suam uxorem ut
potens uir ad suam: & popularis & rusti-
cus ad suas uxores. estque concinna æ-
qualitas concordia. Sic inter sex tria-
ac duo, sic inter sexaginta triginta ac ui-
ginti: sic in acutis ut in grauibus. Quid
tibi uideatur o Calicles? Vera sane ex-
istimo sed longius petita atque similia
his qui de Republica disputant, & res
narrant nimis procul à condendis legi-
bus uel ab administranda ciuitate: adeo
ut quanquam sint egregij philosophi
existiment tamen uillulam illos bien-
nio cum suis subtilibus rationibus in pa-
cē contineri non posse. Vel leges e-
tiam condere quibus ab ullo etiā sa-
gaci uiro regi queant. Socrates: An
tu o Calicles credis leges nostras: pu-
to enim intellexisse de eis, bonas esse?
Calicles: Minimè imò omnibus de-
teriores quas tu sedens ad focum hie-
me credo excogitasti. At quando uide-
res populum furentem, Magistratus ty-
rannicos, locupletum auaritiam & am-
bi-

tionem, militum superbiam, quosdam contumaces, alios qui nil aliud quærerent quam seditionem, credo hiscere nil sciens quid factururus esses. Socrates. Doce ergo me uel in Gorgia bonas leges condere. Gorgia. uix fieri potest ut ullæ leges sint bonæ, tot enim obstant. Socrates. Quæ? Gorgia. Sine numero sed tamen enumerabo præcipua. Socrates: Quænam dic quæso. Gorgia: Quatuor in condendo, unum in retinendo. Atque in retinendo, plurimum facit auctoritas, unde lycurgus & Numa pompilius, ut audio, tamen Minos ut acceptas à Deo: Solon arrogantius, cum nec minus mentiretur quasi diuinas à se prolatas pollicitus est seruantibus perpetuam felicitatem, cum nulli sint Atheniensibus inferiores. Itaque hoc nomine uel alio quouis commendandæ sunt populo, ut illi sint chariores, atque præcipuum quædam magistratum constituere oportet qui illas perpetuo tueatur. Sitque is summus, nec nisi populum ipsum habeat superiorem. Quod uero ad condendas

das leges attinet cum aliæ sint privato-
rum quidē facile est reddere iustas, sunt
enim contentæ in duodecim tabulis, ue-
lut quod in hæreditate frater patruo, fi-
lius fratri, agnati cognatis sint præferen-
di, Et si in his aliquid etiam iniustum ui-
deatur consuetudo emollit. Quod ue-
rò in his difficillimum est, est ne fraus
committatur gratia, muneribus, alteri-
us odio atque inuidia. Nos habemus
hic senatum Areopagitarum sapientia
& integritate toto orbe terrarum cele-
berrimum. quod in illum non legantur
uisi homines longo usu probatissimi.
Sed & suffragia occulta esse oportet ut
Dij uideant pro quibus feruntur aut con-
tra non illi scire possint. Omnino e-
nim cum confusa fuerint ne Oedippus
quidem diuinare posset. Sed & loco
solitario iudices habitabunt & ad illos
sub elementorum nomine controuersia
proprijs accusatorum & reorum sup-
pressis deferentur. Demum quod plu-
rimum prodesse, ut leges & tractatio-
nes sint obscurissimæ, uariæ atque mul-
tiplices, cum enim intellectu difficiles

fuerit fraudem excogitare non licebit.
 Semper enim fraudem præcedit cogni-
 tio & tractatio. Indicio est quod neq; ma-
 gistratus quicquam audent ab initio nec
 serui nec ministri nisi cum mores eorum
 cum quibus agunt & leges & res quas
 tractant plenè cognouerint. Vbi ergo
 inuoluta sit huiusmodi ratio atq; diffici-
 lis primum ad intelligendum plurimum
 exigitur temporis, longè plus ad excogi-
 tandum dolum semper sunt cum metu,
 interim Magistratus tempus nisi omni-
 no longum fuerit præterlabitur. Si ab i-
 nitio inscius tentauerit, statim ut temera-
 rius & legum uiolator accusabitur. Quam-
 obrem quæ electionem magistratum,
 longis ambagibus inuoluent Respubli-
 cæ diu sine detrimento & seditione eam
 exercere poterunt. Similiter in profe-
 rendis sententijs tot scribantur quot
 sunt iudices suppresso nomine autorum
 omnesquæ suffragijs latis probentur aut
 damnentur, quæ plura tulerit ea potior
 sit. Alia difficultas est circa arbitrium
 iudicum quo possunt uni fauere, alteri
 ob-

obesse, inde iniuriæ & odia interciues
oriuntur. Et unius hominis causa per
sæpè odimus totam urbem, ita unius ui-
ri contemplatione amamus. lacedemo-
nij ob pindarum Thebis inimicissimis
pepercerunt. At sic quidem est certè
inimitabilis seu ad sententiarum graui-
tatem. seu ad uerborum electionem at-
que constructionem perelegantem &
prolixam tum ordinem respicias. Quis
etiam non cupiat se esse Græcum ut
Homerum in suo fonte legat? Sem-
per fuere eruntque homines tam claris
monumentis ut prouincias suas illu-
strent, cupiantque cæteri mortales il-
lic esse oriundos ubi illi nati sint. In
unius iudicis improbitate exosam to-
tam unam ciuitatem habebimus. Ip-
sæque ciuitas ad seditionem mouebi-
tur. Ergo hæc est prima difficultas.

Secunda est quoniam quæ minima
sunt tractu temporum in maximam
molem crescunt, tuncque postulant e-
mendari: cum non possint consuetis
legibus nouas requirunt, in huiusmo-

huiusmodi mutatione legum persæpe periclitatur ciuitas. Velut enim Solis motus non ad amussim definiri potest, sed uidemus aliquid esse ultra dies trecentos sexaginta quinque, quod collectum in aliquot annis diem efficiet, inde duos dies ac tres, atque phane habet annum: Et quamuis ex horum collectione adhuc corrigatur annus, aderit aliquid residui, aut deficiet aliquid rursus ex quo ordo anni adhuc mutabit, sic in quibuslibet legibus quantumcunque bene constitutis aliquid prætermitti aut additum esse necesse est, quo ciuitatis status saltem post longa tempora mutetur. uelut ut opulenti nimium dominantur aut magistratus aut tenuiores, aut semina discordiæ seruântur aut pullulent. Tertia est controuersiarum macula, nam necesse est controuersias esse quæ iudicijs etiam si iustissimis dirimantur, manent tamen odia inter ciues, quæ mille modis aluntur, augentur, excitantur, renouantur, conduplicantur, quibus tandem ciuitas ad seditionem peruenit. Extremum

num malorum est repugnātia ipsa in rebus uelut primo in re uxoria, una uxor facit ut bello non sufficiant ciues, plures concordiam ciuitatis dirimunt. Diuortium destruit filios, necessitas coniunctionis parit iurgia, adulteria, uitam infelicem utriusque parti. Si milites in honore habeamus iusticiam seruare non poterimus: si seruare uoluerimus iusticiam milites minus acres & feroces habebimus. Si seuerè flagitia uindicare uoluerimus parentes plectemus innocentes. at quantum mali ex hoc sequatur quis non uidet, cum, ut diximus, unius uiri gratia aut odio uniuersam prouinciam omnes homines eodem affectu prosequantur. præterea iniustum est infontes plecti: at si non puniemus iustitia non seruabitur. Præterea in referenda gratia his qui bene se gesserunt cum multi postmodum petant odia in ordines, insurgunt, posterii illorum fiunt potentes atque superbi: si non referamus, quis gratis ardua aggredietur? Si religionem ubique præesse uoluerimus

mus, otiosis uidebuntur gnauis parere: si aliquid ei prætulerimus, quod cunq; fuerit, populus non poterit in concordia contineri. Deinde difficillimum est multitudinem habere bene paratum ad bellum & ad pacem: Nam ad bellum ferox ut sit importuna ac quasi stulta, præterea rapax, særia, iniustum, ad pacem omnia contraria ratione. at ciuitates utroq; indigent & pace & bello. aut ergo milites nūquam reuocare domum oporteret, quod fieri nequit: aut militem semper conductitio uti, quod ut est infidum & graue, ita urbes ad extremam inopiam agit. Propterea bene consultum fuerit si qua urbs eo situ munita sit ut nullo modo possit expugnari, id continget si in palude ampla ex ædificata sit. hi enim poterunt solis pacis artibus studere, bellum procul & per alienos maxime duces gerere. Eaque urbs si bene instituta fuerit cum uinci non possit, possit uincere, sola diu quiete dominationem etiam, non solum libertatem tueri poterit. In huiusmodi urbe sola præstabit

secundum uirtutem uiuere & Reip. potius quam proprijs commodis studere. hæc q̄ sola diuturna esse potest. Quamobrem chimeram Philosophi quidã quætere uidentur qui hoc nescientes conantur suis figmentis argutisq̄ obscuris docere modum bene constituendi Remp. cum nullus omnino sit nisi adeo situ munita sit natura ut in palude uel magno monte, uel arte uelut. de Babylone referunt, ut prorsus ab omni hostili iniuria nec dum oppugnatione tuta sit. Soc. Erudisti me o Gorg. hac in re, sed postquam tot tanquam de ciuitate ciuibuscq̄ dixisti uellem intelligere quid sit ciuis & unũ illius solius cõmodo orator cõsulere debeat? Gorg. ciuem dico quem alij ciuem faciunt ac esse uolunt. Velut ouem quam ouium grex recipit agnoscitq̄ ut lociam nec in ullo ab eis discrepantem. Est autẽ q̄ & imperare & parere ceteris potest, nã qui solũ parere, seruus est: qui solum imperare rex aut tyrannus. Ciuis autẽ bonus qui sic imperare ac parere potest ut uita cum uirtute trahatur? Omnium autẽ saluti nõ ciuiũ solũ consulere debet, ut etiã

medicus, non carnibus & ossibus ac neruis prospicere sed & unguibus, capillis nam inquilini & serui homines & ipsi sunt & ad firmamentum primum Reipublicæ deinde commodum, demum etiam illius ornatum constituti. Oendet autem orator in exhortatione ad uitutem animorum nostrorum immortalitatem illamque inculcabit sine exceptione aut controuersia, non more philosophorū qui ut sapientes uideantur aut illam susulerunt aut de illa uisi sunt dubitare. At quorsum cum hæc mali sint exempli, & cum hoc falsa aut incerta. Experior enim in me cum annum sim iam natus Nonagesimum septimum o Socrates eas ingenij ac prudentiæ uires, ut iudicio totius ciuitatis meæ quæ huc legatum me misit in re maximi periculi, ut si animus à corpore pendeat eas habere non possis: ad quod allusit Homerus dicens.

τῆς γὰρ ἄλλης φασὶν ἀνάξασθαι γέροντος ἀνδρῶν. id est,

Illum

Illum iam exegisse hominum tua secula fama est.

Et tamen cum inducit perorantem
suauissimè.

his uerbis.

τοῖσι δὲ κίεωρ

ἠδύε πῆς ἀνόρουσε λίγϙ πολίωρ ἄγω-
ρητῆς.

τοῦ κῆρ ἀπὸ γλώσσης μέλιτϙ γλυ-
κίωρ γίεμ ἀυδῆ.

Quod est.

Post hos assurgit Pylus dux illę dis-
sertus.

Nestor: cuius ab ore fluit uox melle
liquenti

Dulcior.

Socrates. Sed caue o Gorgia ne
fallaris nam priora dixit in Odyssęa, cum
hęc scripserit tertio Iliados. Itaque
potuit esse eloquens in iuuenta cum nõ-
dum iam esset confectus senio. Gor-
gia. Minimè o Socrates nam quam
tulit de Nestoris senectute sententi-
am in quarto Odyssęa antea etiam tulerat
in Primo Iliados, ut ante illud de elo-
quen-

quentia omnino scriptum sit. Socrates: Placet audisse, & ego in me uideor
 experiri idem. Quinimo cum sim iam
 prope septuagesimum annum, animus
 ad Poësim fertur. Sed dic unum si libet
 optimus ille orator quem tu fingis, dico
 exempli gratia, tum ipse si tyrannus le-
 ges ferat an pro illo perorabis, iam con-
 stituto Reipublicæ statu sub tyrannidis
 specie, seu imperet tyrannus, seu pauci
 tyranni, seu populus ipse sit tyrannicus,
 an contra illum? Gorgia: Non sat
 intelligo o Socrates? Socrates: Hoc
 uolo dicere, an orator hic bonus magis
 curabit Deorum uoluntatem & ut sit
 probus perorabitq; contra tyrannidem,
 an potius fungetur boni ciuis persona:
 scilicet ut statum præsentem Reipubli-
 cæ cuius ipse est ciuis confirmet augeat-
 que eum atque exornet? Gorgia.
 Intelligo modo o Socrates. Sed an est
 in facultate oratoris euertere tyrānidem?
 Soc. Multiplex interrogatio o Gorgia
 nam primum aliud est de populi tyranni
 de uel paucorū uel unius. Et unius pru-
 den-

dentis efficacis quicq; autoritatem habeat, aut contra abiecti, stulti, socordis. Est etiam aliud mutare tyrannidem quam euertere. Mutare quidem animum tyranno licet ac facilius quam paucorum aut populi. Gor. Sed non est mihi sermo de mutatione, uerum de euerfione. Soc. Diuina tractes o Gorgia: sed postquam uideo te quæ scis libere me docere dicā & ego quid de hoc sentiam. Magnum negocium est o amice inermem contra tot armatos: procedere. & sola oratione tyrannum stipatoribus atque militibus, custodijs, arcibusq; cum tot pecunijs cū tot sequacibus spoliare. Propterea obseruare oportet in hoc Deorū nutum, qui si aspirarint, conficere opus poteris iuxta Homericum illud

τὸν δὲ ἄρα δ' ἐν ῥ' ἀνεμὸς θερορὶ κίννα πῶ-
λασσε. id est

Ast hunc huc uentusq; ferens, atq; ap-
pulit unda. Seu illud potius Pindaricū

θεὸς δὲ δειξάντι ἀρχὴν:
ἐνθεῖα δὲ κελύθει εὐρεῖν ὑποκείμεν

Ostendēte Deo principiū, rectam in-
uenire uiam pronum est, seu facile Quin
etiam

etiam illud dici solet *ἔπρθεω* Sequere Deum. Quin etiam seu fato quodam seu ratione occultiore anxios & talia quærentes ac de se sollicitos facile opprimere licet, seu urgente Demone aliquo, seu ex leuitate ingenij nata occasione: nam Hipparco Pilsistrati filio nõ parum nocuit in uulgus emanasse quod personnum audierat uideratque. Viderat enim multis antea diebus quam occideretur aspergi à uenere sanguine ex phio la sumpto unde ab amatoribus occisus est Harmodie & Aristogitone, audieratque pridie quod & retulit.

Intoleranda leo tolerans, tolerans animo ægro.

Nemo uiris pœnas iniustis iure rependet.

Proximum ergo Deorum explorata uoluntati, inopia consilij tyranni aut tyrannorum. Post uero est uita, robur amicicq; illorum, quæ omnia si labant, oratori consilium præbent, animos augent. Demum illud est summum præsidium ut bonos illis amicissimos esse ostendas,

das, leuibusque factis ut placeant tyrannis. donec inclinata in illos populi uoluntate & fortitudine & consilio tyrannidem euertant. Gorgia: Hoc in statu rerum quænam officia præstabit orator? Gorgia: Tria uel ad summum quatuor. Primum, ut bonos tyranno conciliet illius fautores in suspicionem adducat: Secundum ut eisdem bonis strenuisque uiris populi fauorem alliciet, atque id ita ut tyranni existiment placere eos populo quia sibi placeant. Demum ut in ipso agendarum rerum tumultum populum confirmet. Et ne proditor uideatur iniuriam ab imbelibus arceat. nam ab armatis furorem coniuratorum retraxisse exitio multis fuit recordantibus sublatam dominationem, occisum tyrannum iniuriasque ac periculum potius quam se ereptos eorum beneficio. Huius autem prudentis oratoris ut tuta sunt facta ita pauca exempla, audiui tamen in Italia quendam Brutium cum se stultum simulasset, & consilio Apollinis usus esset exegisse tyrannum

tyrannum sine cede & apud populum
 primas partes obtinuisse. Est & alius mo-
 dus præceptus atq; periculosus sed cuius
 plura fuerint exempla eruntq; ut orator
 suadeat forti uiro necem tyranni maxi-
 me si uel is sit gloriæ cupidior, uel Reip.
 amator aut offensam aliquam perpessus
 fuerit. Gor. Sed unde nam argumen-
 ta ad suadendum tam periculosum fa-
 ctum sumet? Soc. A te potius par es-
 set ut discederem. Gor. Non habeo e-
 go in mea Rhetorica huiusmodi argu-
 menti præcepta, à philosophis condisce-
 re oportet. Soc. Quin ergo non audi-
 sti à tuo Empedocle? Gor. Nihil tale
 per louem, nōdum enim senex erat cum
 ego illum audiui nec de fornace cogita-
 bat. Sed audire libet argumenta in hoc
 deliberatiuo genere. fiet enim ut in his
 qui exercentur ut ubi hoc superare edo-
 ctus fuero reliqua omnia uincam. Soc.
 Mos geratur. A gloriæ studio sumere o-
 portet argumentum, ab ipsa uirtute pro-
 pterquam formidare mortem non debe-
 bis, à uitæ huius breuitate & famæ per-
 petui

petuitate, ab amore patrię, ab odio factorum tyranni, tyrannidifq; neq; enim minus tyranni factis crudelibus, uiolentis, rapacibus execranda sunt & immania q̄ fiunt ab illius proceribus, magistratibus militibus, ftipatoribus, iudicibus aulicis, sordidaq; caterua uítiorum & luxurię ministra, tum amicis illius fautoribus ac defensoribus à misericordia innocentium & calamifotorum, ab ingruente tibi turisq; omnibus, etiam secus periculo atq; ruina: à bonorum opprefsiõne, ab immerentiũ premijs, ornamentijs, potentia, Deorũ deniq; auxilio tũ premijs post mortem. Atq; inter hæc cõnumerãda sunt exempla quę nulla etate unq; defuerũt de eruntue. illud inculcãdo illi ni omnino perijissent & crudeliter perijissent, nũc nullo modo uiuerẽt. at ob egregia facta nũc gloriosi uiuunt. uelut zeno insignis morte Phalaridis tyranni Agrigentino rum totq; alij. Gor. Nimis ardua hæc sunt incepta ac non nisi desipientium, ut uideo, atq; insanorũ. Ego quancũq; hæc etate sim qualẽ tibi dixi nec unq; talia sũ me ditatus,

tus, nec cuiquam consilium ad hoc dedi-
 dederimus tu tibi hac in causa solus sa-
 pias cum hac tua gloria, ego quam diu
 uixero & unus & innocens & sine calu-
 mnia uiuere decreui: temeraria hæc fa-
 cta cædesque dominorum qualiscumque
 sint illis relinquo qui iniustam & grauem
 acceperunt iniuriam: nec minus sunt in
 uindicando feri quam illi in inferendo im-
 manes & ab omni humanitate diuisi at-
 que seiuncti. Sed demiror abunde o
 Socrates qui uelis ultum patriæ iniurias,
 proprias autem consulis non debere ul-
 cisci. Et quod maius est nostrorum. O
 beatum te atque felicem in illo uirtutis
 tuæ culmine? Socrates: Irrides me
 sed ego patriæ iniurias ulcisci neminem
 consulo, si possim homines ad rectam
 uiam retrahere facturus sim libenter.
 Gorgia: Vnum solum nolo quærere
 ex hac tua præclara sapientia. Militasti
 ne unquam o Socrates? Socrates:
 Certe: Gorgia: Sponte ne, an inui-
 tus? Socrates: Non inuitus sed pro
 patria. Gorgia: Quid ergo agebas uo-
 lebas

lebas ne tueri patriam uel aliena occupare, uel iniurias patriæ illatas ulcisci.

Socrates. Tuæri patriam. Gorgias. Non ergo ulciscendi causa iniurias neque aliena occupandi causa ars militaris necessaria est? Socrates. Minime. Gorgias. Sed solum ut eam tuearis. Socrates. Profecto.

Gorgias. Quid ergo est quod uolebas patriam liberare à tyrannidè? Quid est cur suades bonum esse iniuriampati. Itaque o Socrates quid uelis scire cuperem. Socrates. Vellem homines ferre iniurias, patriæ tamen periclitanti succurrere, sui obliuisci. Gorgias. Suorum? Socrates. Non ita sed dubito melius sit suorum ulcisci iniurias annon? proprias nolim, patriæ uelim, suorum dubito.

Sed tu dic o Gorgia quid de hoc sentias. Gorgias. Ego & patriæ & suorum & sui ipsius, sed has primum iniurias, ulciscendas puto, inde suorum, post etiam patriæ. Tu uerò quid respondeas non habes. Socrates. Iam me in

sententiam traxisses ut existimarē Rhetorum aliquam esse egregiam notitiam, nī illorum facta, uitam, mores, exitum, adeo turpia & omni infamia plena uiderem? accusant se inuicem, produnt semetipsos in secundis intolerandi, in aduersis iacent, turpis quaestus causa omnia agunt: uitijs atque flagitijs obruti, intemperantes, rapaces, leues, inconstantes. Gorgias. O Socrates hæc sunt uitia hominum non artis aut professionis. Socrates. Demiror ualde o Gorgia hominem inter carbones perpetuo uersantem candidiorem euadere & nō unum sed quotquot sic uersati fuerint. Contra uersantes inter calcem aut cerusam nigros ut Aethiopes fieri.

Ita magis demiror si ars oratoria tam laudabilis est quomodo oratores omnes adeo sint profligatae uitae. Video uersantem in calce album, dico esse albam calcem: inter carbones nigrum, carbones nigros, coniectū, & recte: cur oratores omnes malos quidem, non dicam
ora

oratoriam artem malam esse. Gorgias. At ergo me malum esse dicis. Socrates. Non, sed quatenus orator non quatenus Gorgias.

Gorgias. Pulchrum commentum. Sed neque id si tibi concedatur sufficit, sed solum ostendit oratoriam non bonum facere hominem quod & fateor.

Quæcunque enim artes studijs literarum innituntur, si bonos non efficiant, malos relinquunt, uelut Poësis, historia Dialectica: atque inter has connumerauerim Rhetoricam.

Sed id est deterius quod etiam multi qui his artibus operam dant, quæ bonos efficere se profitentur, pessimi sunt Philosophi tum iura administrantes. Itaque o Socrates & Rhetoricam esse artem docui & egregiam & Reipublicæ utilem.

Et bona quæ uulgo bona esse creduntur bona & mala. Et Archelaum felicem esse ob potentiam atque opes, uirtutia autem bona non esse sed ad bonum:

& nonnunquam præstare quod primum. utpote cædem & rapinam bona esse quoniam plus boni in se continent opes atque potentia quam mali scelus. Quod etiam clarius luce ostendo.

Nam si opes optime sunt absque dubio quæ nobis uitam, ualitudinē, sensus (omitto modo uoluptates) prolem perpetuitatisque cum hoc spem saltem si non ipsam perpetuitatem, amicos coniunctos & bonos uiros seruant incolumia, etiam si uitia mala sint, poterunt adeo parum mala esse ut melius sit opes possidere uitio partas, quam illis dum careas omnibus simul carere bonis.

Si uitium ait occultum, immunis erit ab infamia: sicum potentia coniuncta, tutus à periculo. nolo uitium unquam esse bonum sed uiam ad bonum. sicut qui alea uel adulterio dicuntur.

Præstat omnia bona & mala comparare & postquam in mortalibus nihil est à malo usquequaque immane præponere

ponere quod plus continet boni minusque mali.

Nam & tuo more adhuc incidis in eundem errorem, nam omnino mali aliquid adesse necessarium est, & plus iacturæ consequeris.

Dicas quæso si magistratum geras in Repub mala, malus eris? attamen melius est te minus male administrare magistratum malè agendo, ut non nisi coactus malè agas quam alium sinere qui administrando multo plura damna inferat Reipub. tum præcipuè miseris. Iam uero & de iniuria quod optimum sit neque inferre, neque pati: at si modo alterum cogaris facere melius esse inferre quam pati, quod hoc gloriosum letumque nec animum malum efficiat, sitque uiri potentis, opulenti & quod actum est ut deleas in tua est potestate: at ferre, ignominiosum, turpe, sordidum, cum animi dolore contemptum & miserum. Pauperumque est ac uilium, nec cū uelis malum hoc ipsum & labem delere in tuo est arbitrio.

yyy ;

Porro

Porro et illud ostendi quoniam pacto
uitia infœlices per se faciant homines
uere nec opinione tantum. Voluptates
uero humanas eiusmodi esse ut necessa-
rio sint cum dolore coniunctę . Calli-
cles. At ego plurimum hac ipsa dispu-
tatione sum delectatus, nec pœni-
tuit ut nunquã alias, au-
disse Socratem dis-
ferentem .

Hieronymi Cardani Antigorgias
Dialogus Finis .

HIERO

HIERONYMI CAR-
 DANI MEDIOLANENSIS
 Medici, de Aqua & Aethere ad Io-
 an. Formentum Reipublicæ
 Venetæ Legatum
 Liber,

De Aqua Lib. I.



Blurdum esset, imo de-
 testabile Ioan. Formen-
 te, solum ostēdandi inge-
 nij causa in re seria, & in
 qua tot hominum salus
 uerlatur, ea docere, quæ
 experimento haud congruant, uitamq;
 ægrorum ob pertinaciam aut admira-
 tionis opinionem apud homines gene-
 randam, perdere. Sed neq; ingenui ui-
 ri ad augendum opus, uel nomen acti-
 tulum, usus aquarum amplificandum
 yyy 4 docere

docere, quonam pacto singuli morbi decoctis uarijs curentur. Nam quis dubitat quin parum intersit quod helleborum des, aut scamonium, aut piper, seu illorum decocta. Talia enim docere esset extreme uanitatis, atque ambitionis inanis. Quapropter non de decoctis aut aquis calidis, in quibus si non ars, natura metallum aut aliam rem incoxit: neque etiam destillatis aquis, quas pari ratione constat sapore & odore uehementi prodere suas uires, sed tantum de simplici aqua, qua pro potu non solum homines, sed cuncta animantia uti solent, tractare propositum est. Nec ob admirationem mentientes, nec ad opus augendum quicquam præter institutum adijcientes, solum annectam eam tractationem quæ & huic operi congruat & alibi honestiorem locum non inueniat. Ea autem est aquarum quæ nullo sapore odoreque manifesto præditæ, uires tamen haud contemnendas sunt affecte. Quænam autem sint suo loco dicetur. Nunc satis sit rationem reddere huius.

Cum

Cum enim sapore atque odore carent,
licet arte factæ, ac si natura tales euase-
rint, communiquè dulcium aquarum
è genere sint, eodem loco habendę sunt.
At de medicatis aquis decoctisq; alibi
scripsisse me memini. Ea uero fuit con-
struendı operis ratio ut uelut Hippocra-
tes dixit: si liceret omnes uno medicamẽ
to ægros sanare, id facere deberemus.
quàm paucissimis enim præstat uti. Er-
go cum id aqua efficere possit, nec lon-
gius quæsitā petita uē, sed cui libet præ-
sens & in promptu: operæpretium fa-
cturum me posse spero, si quomodo id
fiat edocuero, ut non solum admirabi-
lis hæc doctrina uideatur, sed etiam hu-
mano generi utilissima tibi uero Ioann-
Formenti non secus ac Galenus Glau-
coni aut Hieroni opus hoc inscripsi. qui
cum prudentia uitæque splendore ac
generis antiquitate longè maiore mu-
nere dignus esses, hac tamen causa tibi
debetur, quòd illorum exemplo salu-
tem tuam uni mihi cõmiseris, qua in re
tantum tibi plus debeo, quantum citri-

tas nostra celeberrimis medicis abundat. Vfus autem sum compendiosa quãdam compositionis ratione, ut quamuis liber mole exiguus uideatur, potestate tamen maximus sit. ut uero facilius legentes hoc intelligant, antequam ad ipsam tractationem deueniam, de illius ordine quãdam necessaria proponam.

Primum igitur constat operationes maximas, & maximè communes ex calido, frigido, sicco, humido quẽ fieri: uelut arefacere, humectare, astringere, laxare, confirmare, resoluerè, concoquere, somnum prolicere, lac generare, flatum discutere, cæteraq; eiufmodi. Quæ igitur maxime calida, frigida, aut sicca, uel humida sunt, omnia hæc etiam euidentius facere possunt, uelut aqua. Quæ quod elementum omnium sit frigidissima, & humidissima, quod liquida usui aptissima, quod familiaris & consueta maxima sub quantitate ac tuto solet adhiberi. Verum statim occurrens dicens: si aqua frigidissima esset, statim non secus ac meconiũ & sub parua quantitate

stitate occideret. Et si humidissima cutim uelut oleum laxaret, ac mollem redderet: quorum neutrum facit. Galenus qui tot & tanta conscripsit, cum Aristotelis principia non attigerit merito hæc intacta reliquit. Sed si quis Aristotelis principijs innitatur facile ab his questionibus se poterit explicare. uerum secunda quæstio facilior est, & à Galeno quasi soluta, quod aqua quia non lenta est ideo non adhaereat, & ob id non adeò huc mectet. Cum enim hæserit ferme olei instar pinguefacit, non tamen tantum. Sed hæc mittamus, primam aggrediamur cur aqua cum sit frigidissima non occidit imò ne lædit quidem, meconium autem occidit. Sed si quis rectè quæ in libris de Rerum uarietate scripsimus assequatur haud laborabit in reddenda causa. Actum enim aqua expers est omnis caloris: sed tamen tam facile calefit ut uix unquam frigidissima sit. uerum et si talis sit haud perniosa est, quoniam ut alias docui, frigiditas hæc quædam priuatio est. Priuatio autem nec in
uare

uare nec nocere potest. Sed si quis tamen frigidissimæ aquæ magnam quantitatem ingerat, lædetur, aut forsan prohibita natui caloris distributione peribit. At meconium non frigiditate sua interimat, sed quia potestatem habet similem frigiditati quæ actu inest aquæ aut alijs rebus, stuporem in ducendo frigidum esse uidetur, cum non sit: ipsum enim spiritus cohibet & torporem inducit unde mors nonnunquam sequitur. Igitur meconium ultimam habet uim cohibendi spiritus, uelut euforbium motum ciendi: unde frigidissimum unum, alterum calidissimum esse dicimus. Constat igitur ex his aquam potestate esse omnino innoxiam actu autem prout excedentem qualitatem habuerit. Eamquæ calidam aut frigidam, utramquæ enim qualitatem suscipere potest, quod non sint contrariæ. Sicca autem esse nequit, nam natura ut alibi diximus liquida est.

Ergo aquæ uires principales sunt tres calefacere si ferueat, frigefacere si frigida

da sit, humectare quod sit liquida. omnia autem hæc ferme in extremo ordine habere potest. Nam liquida natura est & omnibus mistis liquidor, calorem etiam & frigidus maximè suscipit. quamobrem hæc tria efficacissimè præstare potest. Et quæ ex illis deriuantur uelut ex calore exustionem, ex frigore torporem, ut liquida est emollit. His de causis hæc omnia tum etiam quæ ex coniunctione duorum fiunt uelut ex liquido & calido, & ex liquido & frigido, efficacissimè præstabit. Est et quippiam quod ex medio uelut tepide propriè gignitur. Et quòd ex alterna uicissitudine calidi ac frigidi, ut in uniuersum iam sint octo modi. Qui omnes uim maximam habent: & pro ratione eorum mediciones ualidæ atque exquisitè oriuntur. Potest & rursus intus atque extra administrari ut iam modi duplicentur. Atque hi generales sunt. Quamuis aliqui raro in usu ueniant, uelut potus feruide. Cumque pro temporis ratione singuli modi innumeras uarietates suscipiant, manife

manifestum est numerum affectionum
maiores non esse numero modorum
aquæ potabilis administrandæ.

Reliquum est igitur ut doceamus sin-
gulis affectibus aliquem modum admi-
nistrations aquæ opponi. Nam si hoc
ostenderit, cum ualidissimum hoc
praesidiij genus esse demonstrauerimus,
nec numero administrandi modos affe-
ctibus corporis humani esse inferiores,
constabit statim omnem morbum aquæ
usu posse curari. Cum enim tria sint
quæ totam curandæ rationem compleat
contrarietas, uarietas, & magnitudo au-
xiliorum, uarietatemque ac magnitudi-
nem in aquæ administratione non des-
se docuerimus: sequitur ut si contrarieta-
tem etiam adesse pro singulis morbis
ostenderit, ut iam absoluta medici-
na in aquæ administratione esse uidea-
tur. Primum igitur morbos per genera
diuidamus in eos qui fiunt intemperie,
atque ea duplex: cum materia & sine ea
& continuitatis diuisione, atque com-
positione. Materiam quidem aut per-
mutare,

mutare, aut educere conuenit: antea uerò concoquere. Si ergo calida sit, quid magis aqua refrigerat, aut intrus frigida exhibita, aut exterius tepida? Si frigida intemperius frigida exterius soluitur. Calor enim natiuus confirmatur. Educitur uerò multitudine potus & balneo tepidæ inde calidæ. Si sicca humectant balnea. Si humida siccantur corpora feruentibus aquis. Atque eadem ratio est intemperiei absque materia. In solutione uerò continuitatis, cum cura ulcerum sit exiccatio, eam facere licet assidua lotione frigidæ. Sicut & uulnera curamus prohibendo phlegmonē cum frigida, & feruenti aqua conuulsionem, quamuis fateamur igne ipso melius fieri. Si uerò morbus in compositione sit luxata calida perfusa reponere solemus. Obstructiones potu copiosæ aquæ liberamus, ita ut si libeat modos alios à multitudine constituere liceat. Quanquam multitudo sub efficacie causa contineatur, & ipsa tamen moles rei aliud quippiam facere potest, uelut & calor, & frigiditas,

ginitas, & substantia atq; cætera eiusmodi. Sed quoniam si quis hæc per singula capita distinguat rursus repetere cogetur, ob id ad illius tractationem statim descendamus.

Aquarum dulcium plures sunt modi atq; differentia, sed præcipui sunt fontium fluminum, lacuum, puteorum, paludum, pluuiialis, cisterna, cocta chalybe cãdenti uel ære feruefacta, ac destillata. Omnium autem primum expedit optimam scire eligere. optima est quæ pura est ac tenuis. Hæ enim duæ sunt qualitates illi necessariae nec aliæ ut mihi uidentur. Puram igitur expertem esse oportet saporis, odoris, atq; coloris, tamen mundam ut cum exponitur luci nihil in ea uideatur innatans. Manifestum est enim quòd si innatans aliquid, aut sapor, uel odor alienus, aut color in ea perspiciatur non esse puram. Et si in uase æneo polito maculam penitus nullam relinquat. Puræ etiam in laneis lineisq; uestibus postquam siccata fuerit nullum uestigium restat. Tenuis etiam si sit, erit per

perspicua & leuis pondere. Quanquam Seneca neget discrimē esse manifestum ponderis inter dulces aquas. Dulces uocamus aquas, id est, saporis expertes & ut à falsis aut bituminosis distinguuntur. Eadem erunt etiam facile mutabiles ex calido in frigus, & rursus è frigore in calorem. Vnde etiam facile putrescentes ni aliud obstet probantur. Id enim ex tenuitate substantiæ plerumque contingit. Erunt etiam tales ut legumina in his facile & breui coquantur. Velut enim quòd penetrat celeriter totum immutat quòd omnino externū est, non ita aqua tenuis ingreditur legumina, & feruens ea emollit, crassa autem nequaquā. Est adeò hoc ingens quandoque discrimen ut quædam legumina nunquā coquantur in quibusdam aquis, quæ tamen in alijs celeriter coquuntur. Hæc igitur sunt signa tenuitatis ut illa puritatis, quamuis (ut dixi) aque hæc duo sufficiant, puritas & leuitas.

Omniū aquarum saluberrima & optima est flumiorum, quorum alueus est profundus & terreus, nō limosus tamen

cuius ortus est procul & ab oriente, atq;
 in calida regione, & motus lenis, sic enim
 optimè à Sole excoquitur. Octo igitur
 uidentur aquæ optimè conditiones, quæ
 omnes præter unam Nialiacæ conueniunt.
 Quamobrem meritò ea ferè omnibus alijs
 præfertur. Quod autem aqua ex flumine
 melior sit quàm destillata, dignosci potest
 ex hoc quod Sol plus quàm ignis concoquit;
 & motus magnus quàm paruus, & temporis
 diurnitas plus potest quàm breuitas, &
 natura quàm ars. Post hanc tamen est aqua
 destillata super cineribus, aut fimo, uel
 fracibus, aut uinaceis, aut in duplici uase
 uel etiam super igne, sed tamen uase uitreo.
 Subsequitur hanc fontium aqua, sed longo
 interuallo. Quippe destillata leuissima est
 atq; purissima & saluberrima. pluresq;
 morbos uiscerum sola discutit. Velut tormina,
 grauedines, scyros, podagras, cachæxias
 multaq; huiusmodi talia. Fontium ergo
 aqua quasi media bonitate est. Decocta ad
 suum genus refertur multo tamè melior.
 Cisterina & ipsa laudabilis, si recte illa fuerit
 fa

facta. Nam sunt qui picatis uasis excipiunt aquam ut fiat medicata. Et rursus si ab imbre colligatur: aut si iam diu non immota manserit. Optima est quæ sabulo solo expurgatur, sed denso ac tenui in lapideas hydrias. Leuior est hæc aqua quam fontana, non tamen purior. Soli ac uentis sit exposita ut repurgetur. Venetijs dum perpetuo exhauriunt, fieri meliorem putant. Habetur id uice motus. estque necessarium & utile, sed non sufficiens ut optima fiat. Medicata est & chalybe & eo magis ex ære, salubrior ex auro ignito & chalybe soluit duritiem lictinis podagricis & uentriculo utilis, aluum tamen astringit. Reliquæ omnes malæ, sed pessimæ palustres, & deinde lacuum. crudæ enim sunt & impure, post puteorum, sed profundiorum & eorum qui sunt in continuo usu melior. Cæterum pluuiialis aqua non unius generis dici potest, quandoquidem & optima sit simul & pessima. Est cocta atque ideo tenuis ac subdulcis, ut quæ aëris natura participet, sed interim impura & foetida. Quæ obrem Hippocrates consulit coquendam

dam esse & excolendam. Est autem à natura simplicis aquæ adeo remota, ut citrei coloris sit nonnunquam, & subuiridis. Talis est quæ in imbribus & cum tonitru decidit. Quæ autem leniter ut purior est, ita minus leuis atq; salubris. Quæ igitur quasi sponte decidit æstate & autumno, tantum hiemali & uernali inferior: ut optima omnium sit hiemalis et uernalis pura scilicet & cōcocta, atq; ideo leuis: & de æstiuâ autumnalisq; etiã magis tenuis uernali sed impurâ: inde fontana et fluuioꝝ. Hæc ob usum & puritatem exquisitè sanis atque robustis meliores sunt. Ceterum imbriferæ iecori, lieni, renibus, pulmōni ac neruis, uētriculo quoque & intestinis utiliores, & ad coctiones ac secretiones aptiores. Simile discrimen est in fluminibus. nam maiora quoniam lentius fluunt, minus terram miscent, ideoq; sunt puriora, magisque decoctas habent aquas. Verum quia longius excurrunt, diuersaque alia flumina in se recipiunt, quorum aliqui metallica transeunt loca, nullum illorum salubres

pres habet aquas præter Nilum. Quo i-
gitur maiores, eò suauiores: non tamen
meliores semper, sed plerunq;. Velut I-
ster, Eridanus ac Tyberis. Vix enim gēs
ulla quæ ex his fluminibus, bibit, boni
est habitus atq; salubris. Ob id etiã pluri-
mū refert qua quisq; parte utatur in tam
longo fluminis tractu. Atq; de his sic ge-
neraliter dictum sit.

Sequitur ut de singulis differentijs a-
quarum nunc agamus. Hippocrates in
libello de Humidorum usu inquit de ca-
lida: Incarnare, attenuare, liquefacere, mi-
nuere, colorem reuocare, colorē disper-
gere, somniferum & in caput & in alta:
conuulsionum, tensionum, mitigatiuū,
dolores stupefacit auris, oculorum &
quæcunq; tali. Frigida calefacere uelut
pix ulceribus: præterquàm à quibus san-
guis erumpit, aut erupturus est: fractis
luxatis, reliquis quibus linteola sunt me-
dicis. Osibus quoque ac dentibus ami-
ca, rigores quoq; febriles sedat. ob id eti-
am à calida ueluptates & illecebræ. Et
calefacit primum calida uelut in mani-
bus internas partes. At ulcera calida gau-
dent

dent ex confesso quia tegi assueta sunt. Caput quoque, nerui, spina, dorsum, pectus ac praecordia, calidam perferre possunt, atque ipsa gaudent. Imus quoque uenter calida in primis delectatur: inde extremæ partes & uesica & genitalia ac uirilis penis glans. Atque hæc de calida simpliciter, id est, non feruente, nam de feruida inquit: Cutis ipsa exulceratur super ne calidæ aspersione. Manifestum est non de tepida intelligere. Sunt enim calidarum tria genera, tepida & feruens, quæ ferri non potest, uritque quemadmodum & ignis, quæ etiam pilos cadere cogit. Alia calida est admodum, sed tamen ferri potest de aqua inquit in septima Aphorismorum: Si fabris non à bile habeat aqua multa calida super caput affusa febris solutio fit, non enim de feruente intelligit. nam inquit: Calida ne ulterius pergat ut urat. De frigida uero inquit: Aqua frigida prodest papulis rubicundis quales atque alia parte sublatae erumpunt: quales per splenia attractoria emergunt. In carnosis uero & tenera carne præditis subrubicundæ sunt, in nigris autem rotundæ

tundæ, Dothienes id est, furunculi ap-
pellatæ, & quales in ipsis calidis laua-
cris oboriuntur, & mulieribus ex mensi-
um sub cutem recursum fiunt, & ab irrita-
mentis cutis aut insolita uestimētorum
asperorum gestatione, & ex sudoris exi-
tu, aut ubi quis ex frigore repente, ad ige-
nem, aut calida lauacra accessit. Tumor
res quoque in articulis & dolores sine ul-
cere ac podagricos & conuulsa plurima
ex his, frigida multa affusa leuat ac exte-
nuat, ac torporem inducit. Torpor enim
moderatus dolorem soluit. In distentio-
ne quoque absque ulcere iuueni carnosio, me-
dia ætate multæ frigide aque affusio, ca-
loris reuocationē facit. Calor autem hæc
soluit, frigida quoque utilis est his quibus
sanguis fluit, aut fluxurus est. De humi-
da illius substantia hæc assert: humecta-
re proluione uelut nares uesicā flatus.
Ostendit autē duo genera operationum
quæ ab eius substantia proueniunt, nec
non discrimen eorū ab operationib. que
à qualitatibus actiuis procedunt, dicēs:
Madefactio itaque & humectatio debile
quid est, frigefactio autē & calefactio ua-
lida:

lida: uelut ex Sole. Sua enim lenitate lachrymis cōfert, ut ad acres stillamentū le-
 ne infundat aliquis, ne falsuginosa cōta-
 ctu ledat. Et cauis ulceribus oculorū elo-
 tio pdest, & repletio ad naturā reducēs.
 Idem qualitatū inuicē complicatarum
 uim atq; potestatem à frigiditate humi-
 dæ substantiæ iuncta initium faciens do-
 cuit his uerbis: Frigida conuenit, ubi an-
 xietas ex calida oborta est, eā enī sedat.
 Et cum calidis cibus quis usus est, frigida
 delectatur. Et in animi deliquis frigidā
 affundere extremitatibus prodest. Et ge-
 neraliter frigide potio iucunda est thora-
 ci atq; uentriculo. De calida uero & hu-
 mida aqua hæc habet quæ referret ope-
 ra: Calida oculis conuenit, dolorib. sup-
 purationibus, lachrymis mordacibus, sic-
 cis omnibus. Est autem suppuratoria nō
 in omni ulcere; cutē mollit, attenuat do-
 lorem, eximit rigores, conuulsiones, an-
 tē ac retrō, distentiones lenit, capitis gra-
 uitatem soluit. Plurimum autem condu-
 cit ossium fracturis, magis autē denuda-
 tis, & ex his maximē his qui in capite ul-
 cera habēt, & quęcunq; præ frigore aut
 mori

riuntur aut ulcerantur. Item in ulcerationibus tam uoluntarijs quā inuoluntarijs, qualia sunt desquamata: herpetibus serpendo, exedētibus, denigratis, aut in gingiuis aut aure sedeūe aut utero. His omnibus calida utilis est, ac iudicatoria. Articulos quoque induratos, aut ab inflammatione aliquando oborta, aut a distortione, operæpretium est sanare aqua calida in utriculum infusa. Subiecit & uim contrariam calidæ ac frigidæ aque, dicens: Post calidam corpus refrigeratur, post frigidam aut incalescit. Et quod post calidam siccatum corpus durefcit uelut & à frigida oculi. Ex quibus actio non propria deprehenditur. Inde etiam ex hoc commutationem docuit, cum dixit: iam ueropedes desierunt perfrigerari ex calidæ perfusione. Voluit enim nos intelligere contrarias operationes cum sibi inuicē succedunt esse ualidiores, imo periculosas, si modū qualitercunque excellerint. Propterea etiam subiecit usum eius opportunum & congruentem trifariam: ex actionis mensura, ex aque qualitate et motu, tum ex sensu patientis, dicens: iudicat

autem de his ipse egrotus exceptis mutis, aut leuiter syderatis, aut stupefactis, aut uelut in uulneribus perfrigeratis, aut nimio dolore uexatis: his enim hec sensum non percipiuntur. nam non sentiunt hi perusti. Itaque profunda ac magna luxationes. Nam calidioris ac frigidioris corpus ipsum perfusum iudex est. Verum utrumque paucitas debile quid est, multitudo uero efficax. Sed tamen sinere oportet, donec id fiat, cuius generalia sunt, antequam autem ad finem ipsum deueniatur, cessandum est. Manifestum est, quemadmodum Galenus dixit. Etiam huius doctrine semina, imo totam methodum nobis bonus reliquit Hippocrates. Nam & quibus calida aut frigida, aut calida aqua, aut frigida aqua, aut calidissima, aut frigidissima intus uel extra, & que nam sint opera illius non propria, & quibus successio conueniat, & quomodo in singulis sit administranda, ipse idem diffusum ac quasi preter solitum morem ob rei ipsius utilitatem tractauit. Quamobrem & facilius nobis etiam disputatio de his erit, ac doctrina agendorum.

Iam uerò cum duo sint scopi artis medica, sanitatem quidem tueri, & morbos propellere, de sanitatis primum conseruatione agendum est. Nam & ex illa scopos curandorū morborū uenabimur. Ita que haud dubiū est cōseruandæ sanitatis p̄cipuā causā esse aquarū bonitatē, nā & aēr malus fit ab aquis prauis: & si bonæ sint aquæ, aēr malus esse non potest. Cum ergo hæc duo elementa necessariò in unum conueniant, erunt & fructus & olera etiam optima: & animalia etiā que utrunq; elementū hauriunt, hisq; uescuntur, etiā optimo prædita habitu. Qua de causa etiam homines uiuacissimi, et optima tēperature, qui & utroq; elemēto p̄bè utantur, & cibis optimis uescantur: & condimenta etiam, que ex aquis fiūt, præcipua habeant. nam in frigidis regionibus ob id uiuacissimi esse nequeunt, quòd fructus & olera absolutę bonitatis esse nequeāt, cū in his nec aēr purus, nec aqua tenuis licet pura, esse possit. Ob id quanquam robustissimi, & caloris integri ob frigiditatem aëris, non tamen centesimum annum excēdere queunt: at in cali

calidis regionibus hominibus, si hæc omnia quæ dicturus sum, adsint, licet adducendos annos peruenire. Quæ enim ad longitudinem uitæ maximè necessaria sunt, sunt quatuor: aqua & aër optimus, & cū his fructus, olera & carnes: bona tēperies & bonum regimē uitæ. Hæc autem omnia ex aqua pendent, nā de aëre fructibus & oleribus quòd aq̄ naturā sequantur, iā dictū est. Temperamētum etiā generaliter si non delinquatur in regimine tale est quale aëris aquarū fructuum olerum. Nā cum hæc sola ab animalibus uel quæ ex his fiunt hauriātur, necesse est per continuam generationē eo ut deueniant, ut homiuū temperies sit qualis aquarū. Quod Cardani uidemus. neque enim soli incolæ ibi bonā tēperiem bonumq̄ habitū habent, sed alio migrātes usq̄ ad aliquot generationes eam retinent. Bonū autē regimen cōtinet, ut aq̄ potu, non uini utatur. Namq̄ aqua ad uitæ prolixitatem & incolumitatem plurimū confert, estq̄ uino lōgè præstantior. Cū enim tenuior sit, alimentum in partes liquidiores penetrans intimius diuidit,

dit, nec adurit quicquā & præcipuè pinguiorem alimenti succū, nec cogit uinū illud ante coctionem penetrare ad iecur & ex iecore ad membra. Longeque uino utilior est uentriculo, licet ob consuetudinem & intemperiem iam uini usu acquisitum, nonnullis secus uideatur. Multi enim uino assueti, quoniam ab illo uentriculus extenuatur ob inopiam caloris natiui, atque etiam ad ipsum aliunde influentis, coguntur uino uti, atque in eius usu perseverare. Sicut etiam in alijs prauis consuetudinibus contingit. Patiuntur enim hi quid simile utentibus cibo immoderato, ut calor non assuetus concoquere, sed solum tenuiorē ad se cibi partem trahere, semper multo cibo indigeat. nam nec diutius concoquere potest, nec ex pauco alimento breuique coctione tantū nutrimenti elicere ut se sustentare ualeat. Hoc aque & uini discrimen insinuasse uidetur sapientissimus Moses, dū autē diluuiū uitam hominum describit, multorum seculorum quorundam prope mille annos producens. sub diluuij autē tempore refert Deū tanquam

pæ-

pœnitisset tantę prolixitatis uite, con-
 stituentem ultimam metam humane ui-
 tę centū & uiginti annos. Inde facit No-
 am uitam inuenientem & uino utentem
 cum antea nec uitis nec uini ullam fecis-
 set mētionem, quasi nobis indicaret por-
 tu uini hominum uitam esse decurtatam
 Quod si quis dicat Moysē quasi sui ob-
 litum, Abrahę & Isaaci & Iacobi uitam
 produxisse multo longius centum & ui-
 ginti annis? respondemus non hoc ex
 obliuione factum esse, sed ut ostenderet
 gratiam diuina nullis naturę legibus
 subijci. Nam nequilius alterius qui deo
 charus non fuerit uitam ultra eā metam
 producit, nec tam breui interuallo scrip-
 torum autem temporis, proprię uocis at-
 que sentētię oblitum esse uerissimile est.
 Sed redeo ad propositum. aquę usus sa-
 luberrimus est uitę non solum ad inco-
 lumitatem, sed etiam lōgitudinem eius,
 modo ea optima sit. Nec optima esse po-
 test nisi in calida regione. Ea autē ab ori-
 ente fontis ortum habere debet Cui pro-
 xima est cuius fons est inter ortum æsti-
 uum & hybernum, Eam subsequit quę
 ori-

oritur inter Hybernium & æstiuum occasum. Licet etiam emendare aquas atque corrigere, & quamuis ex hoc non corrigantur aër & fructus & olera, tñ multū facit, hoc solū p se, aquas habere bonas.

Verum antequā ulterius procedamus de aquæ natura quod inchoatū erat rursus absoluere decreui: scilicet an aqua tēperamento proprio siue potestate (nam nunc de actu nō loquor) frigidissima sit an temperata. Vnde non possum non satis demirati stuporem in hoc antiquorū, maximè Galeni: qui cum omnia & rectè ad sensus examen traduxisset in hoc adeo cæcutierit, ut aquam frigidissimam & ipse tanto mortalium damno, contenderit. Quantum enim referat scire aquā esse temperatam non frigidissimā haud obscurū esse potest. Itaq; ego utinā hoc sciuisse ante senectā quanto emolumento iuisset mihi hoc inuentū. Nā neq; destillationes neq; artuū neq; neruorū nec cerebri offensiones expertus fuissē. Quā & sanguis purior & tēperatior, & uita incolumis ac magis firma. nec solum mihi sed & meis melius consuluissem, nō em̄
mentis

menti illa nocet, non iracundos efficit aut
 petulantes. solū ob id metuebam quōd
 quasi uenenum esset si frigidissima erat.
 ideoq; meritō fugienda. Ea uidet quan-
 ta mala inuexerint Philosophi. cum suis
 nurgis admiserit Galenus, tātō mortaliū
 detrimento, cū liqueat luce clarius aquā
 exactissimē potestate mediā esse calidi
 atq; frigidi. Eiusq; ob id usum salutarem
 maxime omnibus qui non in uinō iam
 consenuerint. Sedenim si temperatā fa-
 teamur iam nemini dubium esse potest.
 Cum nec calefaciat nec refrigeret, nec ci-
 bum præcipitet nec caput permeet, nec
 cōtumax sit ad distributionem. Sed iam
 id ostendamus. Aqua est ob omniū plā-
 tarum alimentum multorum etiam pis-
 cium, adeō ut Rondelletius refert, non
 nulli solū & uiuant, alātur, crescant, o-
 mnibus etiam animalibus conuenit tem-
 perata igitur est: In corporibus quoque
 nostris nec aperte refrigerat nec ullo mo-
 do calefacit, est igitur temperata. est eti-
 am suavis cæterum omnis saporis est lex
 pers quare temperata, paululum autem
 declinans ad frigidum nostri compara-
 tione

tione quanto hoministemperamentum
 mediocri calidius est. Præterea ex quibus
 medicamēto incocto statim ad calidum
 uel frigidum manifeste declinat : Velut
 ex saccharo ad caliditatem etiamsi sit in
 primo ordine tantum ex intubo ad frigi-
 dum. itaq; liquet exactissime eam esse te-
 peratam. minus etiam refrigerat quouis
 succo frigida herbæ minusque calefacit
 quibus succo calide, ut experimēto perspi-
 cuum est. Cum etiam esset principiū mi-
 storum ac elementorū Mundi, deuiit ef-
 se eam uel in altera extremorū, uel in me-
 dio exquisitissime : perfectum enim esse
 oportuit, at frigidissimam uel calidissi-
 mam non esse constat, temperata igitur
 absolute dicenda est, nam calidissimam
 nemo esse dicere audet, frigidissima in-
 terficeret, aut læderet. Demū si simplex
 est nullam habere potest qualitatem, nu-
 da enim omnia sunt potestate, quæ sim-
 plicissima sunt, uelut cœlum & aër. Fa-
 cultas etiam illa cum sit nostri compara-
 tione est, & cum dissoluitur aliter actu ef-
 fet, at aqua cum sit similium partium nō
 potest in diuersa dissolui.

Corriguntur autem aquæ destillatione primū, sin minus stillicidijs: aut si non licet colis & ut per densam arenā bis ter uē transeant, inde coquantur ad tertiam albis ouorum additis atque argilla, demum colata sub dio exponatur in uasis ac uerberetur. Quòd si destillate aque retinent odorem saporemq; quid credendum est de coctionibus aut percolatione? Certe nihil melius quam assidua & diuturna agitatio atque ex longo iutervallo defluxus. Cum uerò aqua odoris, saporis & coloris expers fuerit & nitida: hinc si epota præcordia non conturbet, celerrimeq; ex uentre digeratur, iam optima est atq; emendata: si non prauitate non caret. Facile enim descendere è uentriculo, nec turbare corpus non solum si gnum est optimæ aquæ sed affectus, atque ut ita dicam ipsa bonitas elementi substantia. Herbe etiam fontibus innascentes uitiāt aquam si aqua non profunda fuerit & curius uelocis. Pessimæ tamen quæ prauis sunt odoris, ranæ quoq; & talia. Pisces etiam aquā corrumpunt, qui tamen mobiles sunt & squammosi
 nec

nec frequētes, parū aut nihil obsunta q̄.
 In uniuersum motus & sol aquas p̄ficiūt.
 alterū em̄ attenuat. Alterū purgat aquā:
 his aut̄ duobus aquę bonitas constat. A-
 quę autem quę leniter fluunt & herbas
 nutriunt medicam uim retinent. Vt sili-
 um aut adiantum aut nepita urinas ciēt:
 sin cyperus aut malabathrū, uiscera cor-
 roborabunt, & discutient, spiritumq̄ o-
 doris suauitate commendabunt: sin iun-
 cus, caput grauant, somnum concili-
 ant, aluum astringunt, urinam prouo-
 cant. Si plantago & nymphaeā immodi-
 cē refrigerabunt sanguinem, & seminis
 profluium cohibebunt. Si quis auersis
 renibus cursum earum excipiat, renum
 caliditatem mitigabit, & morbos qui ex
 ea proueniunt tollet. Si harundines He-
 risipelas sanabit epota, locoq̄ ea abluto
 sēpius: & uim habebit attractoriam. De-
 mum si piperitis aut alia consimilis dis-
 soluit flatum, & uentriculo ac intestinis
 frigiditate laborantibus confert. Et usus
 earum strumis ac duritiēbus salutaris est
 Eadem quoq̄ ratio & in alijs. Aquę quę
 ex oriente ad occidentem feruntur obid
 AAA 2 sunt

sunt saluberrimæ, quòd Solem perpetuò accipiant. Quæ uero ab occidente in orientem labuntur & ipsæ concoctæ atque ideò salubres. Minus tamen, quia non adeò calefcunt. Huius autem causa à nobis in Phisicis declarata est. Quamobrem neque fontes sub umbra arborum decurrentes licet gelidiores, nec præcipiti cursu deuoluētes aquas adeò salubres sunt, ut qui in patētibus aruis leniter flunt. nam hi licet calidiores, cum tamen Solem uehementius excipiant, concoquuntur aquæ melius, atque ob id salubriores longè. optimæ igitur quæ in umbra collignantur, sed tamen ex patulo fonte, ac qui longo itinere Solem expertus sit. Præstat enim aquam quæ à sanis hauritur esse moderatè frigidam, non modicè. Pessima uero quæ è proximis montibus uenit, & sub sole colligitur: hæc enim neque leuis neq; suauis esse potest. Unde cum diu in uentriculo subsederit, per aluum excernitur tandem, quod pessimæ aquæ signum est. Nam optima calido tempore statim sudores profert: alijs temporibus urinam prolicet. *Cauere igitur*

tur ne collectam in Sole quæ per umbrosa deflexerit loca, pro optima deceptus habeas, sed illius cursum qualis sit considera. Et ideo Nilotica quamuis minimè Solem excipiat ab austro defluens, quia tamen totam permeat torridam terre zonam & leniter fluit atq; per terras, optima. Cuius indicio est, quod sola hæc fofsis excepta, quanquam quiescēs nec corrumpitur, nec deterior utentibus ea sit: tenuitate etiam aëri persimilis non corrumpitur, sed minimo motu contenta, qui ob lenes auras contigit, incorrupta seruatur. Quamobrem Hippocrates nō errat, cum id re ostendit quod uerbis deficere uideatur. Nam cum aque quæ ab oriente in occidentem fluunt, aut ab occidente in orientem (omitto enim nunc mendum literæ) ob id sint saluberrimæ quod Solis calore perpetuo concoquantur. Nilotica uero ab aëre leniter fluens, ubique præterquam iuxta cataractas excoquatur, ob regionis caliditatem & ipsa perpetuo: constat ex sententia Hippocratis & illam probari admodum, & optimam censerī.

Adhibetur autem aqua septem modis
 lauacro balneo fomento potu affusa, in-
 fusa & instillata. Lauam. ut sordes abluamus,
 solemusq; pedes ac manus tamen etiam caput lauare frequentius. Lorio
 omnis natura exhilarare solet propulsa-
 tis uaporibus humectatq; cute, atq; mo-
 dice refrigerata: balneum autem fieri ex
 calida ac frigida tepidaq; r̄ū toti corpori
 tum solis cruribus, & olim & nunc, &
 apud Turcas consuevit. Iuxta autē qua-
 litatem aquarum diuersas etiā uires ha-
 bet. Calidior enim aqua calefacit, sed nō
 perinde humectat ut tepida uel tēperata
 Quinimo perstringens cutim horrorem
 mouet retentis intus uaporibus. Si uero
 tepida humectat, atq; in initio calefacit,
 sub fine autem difflatis uaporibus & cū
 his calore refrigerat. Temperata quoq;
 humectat & non difflato calore sed ex-
 terius deducto calefacit. Hæc autē tria re-
 frigerant internas partes, sed externas ca-
 lefaciunt, uerū non eodē modo. Ea enim
 q̄ calidior est adurit & calefacit inæquali-
 ter & horrores mouet, tepida solum in i-
 nitio, temperata semper ac æqualiter, qui-
 bus

bus etiam fit ut temperatum balneum calefactos, ut Galenus inquit, refrigerat, et refrigeratos calefaciat. Namque cum tepidum faciat simileque proprio temperamento corpus reddat necesse est ut extremum utrumque ad medium auocet. Rarius quoque ac laxius balneum tepidæ aut temperatæ corpus reddit cutimque rubicundiorē et habitum pleniorē facit, ac somnum conciliat et Labores quoque ac lassitudines discutit. Multis autem modis somnum conciliat & reuocatis extra calore acutiore atque uaporibus, & humectato corpore fugētibus arterijs quod tenuius est aquæiatque dulcis uaporis & uoluptate que ex ipso balnei usu percipitur. Soluit quoque torporem balneum. Sed parum utile est his qui omnino inculpato sunt corpore. Neque enim adeo aquis fauimus ut noxia uelimus pro utilibus collaudare. Quibus enim in casibus iurabit suo loco referemus. At frigida balneum salubrius longè est: libet autem ex Agathino ut Orribasius refert comoda illius recensere, sic enim inquit. Qui hunc breuem uitæ cursum cupiunt sani transigere frigida laua

ri sæpe debent. Vix enim uerbis exequi
 possum quantum utilitatis ex frigida la-
 uatione percipiatur. quod in causa est ut
 qui frigida lauantur etiamsi senio pro-
 pemodum confecti sint, corpore tamen
 constanti & compacto & colore florido
 comparas: & omnino qui multum utili-
 tatis & roboris præferant. Quin etiam
 quæ ad appetitiones cõcoctionesq; per-
 tinent firma, sensus plerunq; integros &
 exquisitos, et (ut uno uerbo dicam) natu-
 rales actiones ritè constitutashabent. E-
 quidem in more barbaris esse audiui ut
 infantes in frigidam assidue demittant.
 At ego nulli puerulo qui infantis ætatè
 excesserit frigidam lauationem incõgru-
 am censeo, modo ne propria quædã na-
 tura huic ut etiam alijs utilibus rebus ad-
 uersetur. At id toto anni tempore præ-
 cipue tamen uerno. Oportet autem ab
 exercitatione non magna & statim à præ-
 dio uel etiam post cænam, sed absq; fri-
 ctione post cænam, ante prandium cum
 frictione lauari, frigida satis non tamen
 admodum gelida, cauendo ne auditus
 meatus ingrediatur. Solum enim eis ho-
 xia,

xia est. Ego uerò nō tantum a quarū cau-
 sa faueo ut citra necessitatem omnē hoc
 fieri suadeam. nam præter reliqua ut pri-
 mum consuetudo cōtracta fuerit, si eam
 quis deserat corpus periclitatur. Deinde
 contingere facile potest ut lōgo uitæ spa-
 tio perperam aliquādo adhibeatur, quæ
 cum uim egregiam nacta sit hominem
 perdat. opportune igitur tantum & à ce-
 na uel prandio aut statim ante corpore
 satis uegeto, adhibēda est eo modo quo
 docebitur inferius. Fōmentum adhibe-
 tur ē phisicis ē spōgnis, ex calida uelut in
 doloribus aut duritiēbus. ē temperata
 uelut in acribus lachrymis ac fluxionib.
 ē gelida uelut in uulneribus. Potus frigi-
 dæ delectat & uētriculo salutaris est ma-
 ximē à cibo: tepidæ ad uomitum prolici-
 endum. Affusa aqua detergit & motu im-
 mutat corpus largiusq; affundi solet. In-
 stillata longius atq; ex alto cadens plus
 habet uirium ac roboris in intemperie
 mutanda. Est etiam illa duplex, una qui-
 dem quæ guttatim cadit, altera quæ affa-
 tim atq; confertim. Infunditur etiā aqua
 uelut in clysteribus atq; narib. attracta.

Atque hæc de aquis optimis. Cæterū cū contingat in itineribus aquas multas occurrere, cogiturque uiator bibere ob sitim scire præstat quæ nam tutior sit. Est autem stans omnium deterrima, & exstantibus turbulenta ac malèolens saporisque fœdi. Inter has omnes peior est quæ pessimi est saporis, inde odoris, post uiridis, & in qua carnes putridæ iacent, aut si salamandræ in imò sint ut in quibusdam riuis iuxta Patauium: Et quæ fuscæ aut nigræ, ab his omnibus prorsus abstinere oportet. Pessimarum minus mala est musco obsita & turbulenta, ultima quæ ex riuis montium profluit. Et quamuis frigida aqua melior sit temperata in potu, securior tamen est calida, imò feruens cum deferbuerit quàm frigidissima. Quæ enim frigidissima est semper mala est & cruda & periculosa: nonnunquam uero etiam uenenosa. Aquæ quoque usus in singulis membris talis esse debet in sanis: abluantur pedes sordidi aqua tepida. luuat & manus quotidie abluere ante cibum, aqua temperata, quòd quotidie etiam manus sordibus inficiantur, à cibo

cibo autem frigida. Caput autem lixiuio leui & ipsum cum sordidum fuerit: nam aqua non sufficit ad sordes pingues eluendas. Vtrum uerò feruens esse debeat an tepida potius, Auenzoar dixit quod feruens, atque ita Celsus uidetur sentire. Sed Celsus uult ut frigida lauatio succedat. Iam enim Auenzoar ætate lauacra desierant, caputque ut nunc solum lauabatur uel extrema. Ob id apud Galenū de capitis lotionē tantum non est sermo cum totus homo lauaretur. Tunc uerò calidæ lotioni frigida succedebat. Quod etiam de capite solo obseruandum est. Quod si aliter fiat, tepida non calida lauandum est caput. Neque enim humanum corpus ferro durius est, quod ubi in igne candescuerit, si non in frigidam demittatur, mollescit admodum. Si igitur, caput calida lauatur nec frigida succedat, aperti meatus manebunt, si etque caput cuiuslibet iniuriæ obnoxium. Unde grauedines & destillationes necessario feruē & alia mala euent. Dictum uerò Auenzoar intelligi debet ubi frigidæ, ut dixi inspersio succedat.

dat, per quam uelut in ferro astrictomea-
 tuum & durities, ac soliditas capiti adue-
 nit. Extrema uerò forsitan licebit & ma-
 ximè pedes, cum uelati nihil excipiant,
 sed potius sudorē meatibus apertis red-
 dant, feruida lauare, & absq; frigida. Qui
 ergo sic aslueuerunt ad sudores ea parte
 proni sunt. Quod si siccare & mutare lin-
 tea ac caligas commodum fuerit bonum
 & utile: si no refrigerato sudore, & cum
 eo pedibus, primum foetor, deinde peri-
 culum morbi, contracto calore & cōsen-
 su uentriculi accedit.

Quo uerò tempore aquarum usus me-
 lior sit nunc considerandum. Opportu-
 nus sanè mihi magis uidetur cum aquæ
 sunt meliores, & corpus refrigeratione
 atq; humectatione magis indiget. Sunt
 autem meliores estate quàm hyeme, & cor-
 pus tunc etiã calidius est atq; siccus
 multò, quod nemo negat. Laxata quoq;
 membra frigore aquæ coguntur & robo-
 rantur. Perpetitur etiã facilius frigus il-
 lius eo tempore corpus ac sine horrore
 ac suspicionē febris diarix, quod summū
 est periculū in usu frigida, si quis sinistrè
 utatur.

ūtat. Forſan tamen quiſpiā dubitabit ne
 aq̄ hyeme ſint meliores, quoniā calidio-
 res eſſe uident. At ego & meliores eſſe a-
 quas & magis coctas & calidiores æſta-
 te q̄ hyeme, eſſe cōtendo. Nā quod me-
 liores ſint ſi magis coctæ ſi calidiores, q̄
 que facile cōcedat. Quòd etiā calidiores
 ſint aq̄ fluminū & fontium æſtate q̄ hye-
 me, facile & hoc plurimi admittent: at q̄
 aq̄ puteorum, maximeq̄ pfundiorū æſta-
 te q̄ hyeme ſint calidiores, id pauci ad-
 modū admittere uolēt. Plures etiā para-
 doxū eſſe ſuſpicabunt. Quamobrē & in
 hoc demōſtratione opus eſt: nec ſimpli-
 ci ſed Geometrica quidē, tñ maxime q̄d
 hoc demōſtrato de omnib. aq̄s dubita-
 tio tolletur. Sit igiſ caliditas maxima eſti-
 uī aëris in noſtra regione: A. hyemalis fri-
 gus maximū ruruſ. B: tēpus i quo aqua
 aeri ſimilis eſt tepore C. Si igiſ aqua cali-
 dior eſt in hyeme quā æſtate, cū ſenſim
 incaleſcat, refrigeretur, erit etiam calidi-
 or quam in C ſit ergo calida iuxta tem-
 poris æſtiui D calorem, & in æſtate fri-
 gida pari ratione iuxta. E. frigiditatem
 aeris. Quia ergo dum aer eſt ſub. A calo-
 re,

re, aqua est sub. E. frigore & dum aër est sub. B. frigore aqua est sub. D. calore, differentia igitur æstiuæ aëris & aquæ est. A. E. & hyemalis. B. D. igitur duæ differentia aquarum erunt. A. E. & B. D. quæ excedent. A. B. in. D. E. uix debetur ergo sensui maius discrimen inter aquas æstiuas & hyemales quam inter aërem, quòd aperte falsum est: homo enim indicat differentiam caloris æstiuæ à frigore hyemis esse tantam ut uix perferri posse existimet mutationem unius in alterum. Differentiam autem aquarum parua cum unam tepidam aliam frigidiusculam esse credat. Rursus in fontibus constat eos esse calidiores æstate quam hyeme, cum aeri expositi sint, nec refugium ibi caloris possit assignari, & tamen aqua fontium ac fluminum calidior uidetur esse hyeme quàm æstate, cū etiam fumum ex halare cernantur, igitur idem de puteis parum profundis est censendum. Ergo de omnibus: quia aliter totam rationem inuertere esset necessarium, & fateri purcos aliquos similes aëris temperamento esse in æstate & hyeme.

me. Scilicet illos qui essent mediocriter
profundi. Quod etiam ex experimento
meientiū in balneo deprehenditur, quo-
rum urina cum sit uehementer calida, fri-
gida tamen esse uidetur. Ponderus etiam
aquæ ipsum quod maius est hyeme quā
estate & facilitas descensus ē uentriculo
& Hypochondrijs in estate, declarant eā
esse multo calidiorē æstate quam hye-
me. Videmus etiam homines potu a-
quæ in estate minus lēdi quā in hye-
me, quamuis corpora nostra absque du-
bio sint calidiora in hyeme quā in esta-
te. Ideo hoc non potest contingere nisi
ob naturam ipsius aquæ & etiam auxili-
um aeris. Et si quis obijciat quod si cor-
pora nostra sint frigidiora estate quam
hyeme, ergo & terra, igitur & aqua in ea
contenta. Respondeo quod non est par
ratio, quia corpora humana sunt calidio-
ra estate quam hyeme, loquendo de cali-
ditate sensibili: qđ declarat tactus. Sed
sunt frigidiora caliditate ppria, quæ esta-
nimata. Sed hac terra & aqua carēt, ideo
sunt semper elementa calidiora estate q̄
hyeme, terra scilicet, aqua & aer, quæ so-
la

la sunt elementa. Dico etiã, q̄ putei quod
 profundiores, eo sunt frigidiores, tã hye
 me quã etiã estate: quod est argumen-
 tum euident, a quam eorum esse semper
 calidam. Nam si hyeme esset calida uere,
 quoniã caliditas se conderet quo essent
 putei profundiores, eò essent calidiores:
 Sed non sunt, quia calor ille est à Solis ra-
 dijs, qui remotiores sunt ab aqua in pu-
 teis profundis, quam his qui non sunt, p-
 fundi. Quod etiam ex affectibus digno-
 scitur, nam & estate terra magis siccatur
 q̄ hyeme, & herbas atq̄ arbores uberi-
 us alit: igitur pinguior, igitur magis con-
 coctum humidum, igitur calidius. De-
 claratũ est enim à nobis & quod omnes
 plantę humido pingui aluntur, & quod
 pinguis humor fit à cõctione syderum
 calorisq̄ eorum. Quod ad fumum atti-
 net semper exhalat, sed hyeme tãtum ui-
 detur, quoniam densatur firmissimũ au-
 tẽ argumẽtũ est caliditatis maioris aque
 hyeme q̄ estate. demonstrationibus nõ
 agescunt his q̄d si aqua alidior esset, in
 hyeme quam estate id cõtingeret, quia
 profunda terræ calidiora dent eotẽpore
 at con-

at constat non esse non tunc maxime ar-
 bores pereant & uinum congeletur nū-
 quam aut æstate. id ergo cum sæpe phi-
 losophi in manifestissimis etiam decipi-
 untur. Manifestum est igitur ex hoc quod
 aqua saluberrima est in ætate, inde in ue-
 re & autumnō, ultimo in hyeme, quoni-
 am tunc pessima est. Atque hæc om-
 nia ex dictis constant, nisi quod nondū
 clarum est cur cum aqua sit æque calida
 uere & autumnō, melior tamen sit in ue-
 re. Hoc autem breuiter nunc declaran-
 dum est, ne tempus extra principale pro-
 positum frustra teramus, & longius o-
 pus faciamus. Dico ergo quod om-
 nia quæ crescunt, sunt robustiora, & fide-
 lius qualitates suas exhibent quam quæ
 decrescunt. quod uidemus in temperie
 uerna & autumnī, in adolescentibus, ui-
 ris, & eo qui tantum abest recessu ad se-
 nium à consistentia, atque uirili ætate;
 quantum adolescens qui nondum ac-
 cessit, atque in omnibus alijs. Igitur
 cum uere calor aquarum sit in incremen-
 to (ut docuimus) in autumnō autem mi-
 nuantur, constat cur uere aquæ sint salu-
 brio.

briorum quam autumnis. Quod etiam ar-
 gumentum est, aquas refrigerari in au-
 tumno, non incallescere. Si enim incalcesce-
 rent more aliorum omnium quæ incal-
 scunt, essent meliores atque salubriores. Li-
 quet ergo ex hoc cur aquæ apud nos Au-
 gusto mense sint pessimæ & noxiæ ho-
 minibus qui eas bibunt, uel etiam si quis
 natationem in eis exerceat: nam corpora
 tunc humana imbecilliora sunt, & aer &
 aqua omnia deteriora euadunt, refrige-
 ranturque. Quod malum etiam per totum
 Septembrem licet ualidius fiat, tamen
 magis conspicuum est in Augusto, quod
 in Septembri tum ob experimentum præ-
 cedentis mensis, tum ob frigus homines
 magis cautè se aquarum uisibus tam in-
 ternis quam externis committunt. Sed
 his expositis ad principale propositum
 reuertamur, doceamusque usus aquarum
 non solum ad conseruandam sanitatem
 sed ad singulos quoque propulsandos
 morbos conferre. eamque tractationem in
 duas partes diuidemus. Primo scilicet
 de conseruanda uniuscuiusque membri sanita-
 te, tum etiam totius corporis: inde de mor-
 bis

bis qui singulis membris aduenire solent
 differemus. initiū ut par est à capite faci-
 entes, ac demū post & manū affectus
 dehis morbis sermonē facientes, quæ uel to-
 tū corpus occupare solent, ut febres: uel
 non plus uni membro conueniunt quā
 alteri, ut ulcera atque abscessus, aut quæ
 pluribus & si non omnibus mēbris pos-
 sunt esse communia, ut fractura & luxa-
 tio. Verum primum de ordine & usu a-
 quæ insanis dicendum est, quarum usus
 proculdubio etiam per se plurimum po-
 test ad uitæ longitudinem: ad dentes fir-
 mandos debilitandosue, ad fluxiones o-
 mnes, ad habitum corporis, atque colo-
 rem. Potest & in reliquis, sed non adeo.
 Ex morbis uerò ad lienem hydropem,
 uentriculi & intestinorum scirrhos & re-
 num lapidem. Hernia gulæ nulla magis
 alia causa, quam aquarum uitio procrea-
 tur. Iam ergo suppositio, quod optima
 sit aqua, uidendum est quando illā sume-
 re debeamus. Constat enim oportuno il-
 lius usu omnia membra ferme sanescere
 aut infirmari. Auicēna autē existimat pul-
 mones & cerebrū maximè affici. Sed hæc

inferius: nunc constat, necessarium esse
 ut sciamus quantitatem aquæ, & ordi-
 nem cui tempus coniunctum est. Sunt
 igitur aquæ quæ bibuntur, à sanis opti-
 mæ, frigidæ seu coctæ naturales aut de-
 stillatæ. Et ex his melior modus refrige-
 randi aquas est, ut sub diuo exponantur
 aut in puteum demittantur. In altis uerò
 locis uentus magis flat, & aër purior est.
 Oportet autem ut celerius refrigeretur
 aqua, uas nō totum repleti: nam aer qui
 intus continetur facile refrigeratur, atq;
 inde illi aqua contigua. Aqua etiam
 niue refrigerata, aut glacie mala est, &
 quia immodicæ est frigiditatis, & quoni-
 am uiolenter cogitur. Deterior autem, si
 misceatur: nam neruos tandem necessa-
 rio lædit. Aquæ uerò usus non est nutri-
 endi propriè causa, sed potius ut nutri-
 mentum liquefactum deferatur ad mem-
 bra, & etiam humidius & frigidius red-
 ditum temperetur. Verum quamuis
 Hippocrates & Auicenna dicant, quod
 aqua non nutrit, & Galen. conetur à sig-
 nare causam, quia uis elementum, & ele-
 menta non nutriant, non tamen uidetur
 hoc

hoc uerum exquisitè. Neq; Hippocr. e-
am non nutrire dixit, sed non mouere fe-
ces, debilitare uires languentium, nec ex-
tinguere sitim. Hęc aut haud contingūt,
quoniam non nutriat aqua, sed quia lax-
at membrorū substātiā excalescēta fe-
brili calore. Neq; etiam extinguerē sitim
inquit quoniam non nutriat, id enim ab-
surdum, sed quoniam in bilem uertitur.
Vnde inquit Hipp. Amarescit, & biliosis
biliosa est. Ex quo patet, illam etiam nu-
trire. Quę em̄ generare potest bilem, etiā
potest generare sanguinem tenuē, qui a-
quę similis magis est quam bilis. Non igitur
modo: sedat sitim, quia nō nutriat,
sed quia crassa cum sit, antequā penetret
in biliosis atq; febricitantibus à bile uin-
citur. Melius igitur erit ita argumentari.
Sitim sedat in sanis, igitur nutrit; quā nō
nutrit, igitur sitim non sedat. In prima o-
ratione quod assumitur, est uerissimum,
& sensu manifestum, quod concluditur,
dubium, ut in plerisq; quę sola in argu-
mento confirmantur: in secūda ex dubio
assumpto concluditur falsum & repug-
nans experimento. Mirum est aut, quod

Galenus concesserit aërem nutrire, & negat illud de aqua, quæ longè corpulentior est. Solida igitur membra ex terreis nutriri uidentur, contenta & liquida ex potibus uino atq; aqua, spiritus ex aëre. Sedat autem aqua sitim non solum nutriendo, sed etiam temperando membra supercalefacta. Vnde aqua frigida melius sitim sedat, quam calida aut tepida. Cum tamen utraq; sitim sedet, constat quod etiam nutriendo sitim sedat, non sola qualitate. Videmus etiã pisces aqua sola nutriri, quod & Rōdellētius expertum se testatur. Et animalia si bibant aquam seruius ex fame pereunt, quam si omnino nihil bibant. Et nos in libris de Rerum uarietate non solum ex aqua, sed etiã ex aere nutriri homines docuimus, humoremq; aqueum ex illo generari. Non recte igitur Galen. negat aquam nutrire quæ cū nō sit elementū purū, nutrire potest. & si etiã esset, nutrire trāsmutata posset. Nā ut inquit Hipp. Putrefacta aqua crassior reddit, & in quantūcūq; puro uase uermiculos generat nullo alio addito: quanto igitur magis in corpore nostro

stro tot coctionibus immutata? Frustra
igitur quasi infamem potum aquæ Ga-
lenus reddiderat, quoniam nino potius
quam aqua delectabatur. Sed alia maior
difficultas exoritur. nam Rasis non cum
cibo bibendum aquam consulit, quem
Auicenna secutus inquit: Nec post ci-
bum statim multa aqua bibenda est, ne
supernatare eum faciat: nec multo mi-
nus cum cibo ipso, uerum à cibo statim
tantum aquæ sumendum, ut cibus hume-
ctetur, & maximè si sitiat. Ideoq; frigida
tunc conuenit. Postquam autem cibus è
uentriculo descenderit, quod ex ipsius
uentriculi & partium quæ illi è regione
sunt, leuitate dignoscit, aquã bibere con-
uenit, ut cibus concoctus ad membra fa-
cilius deferatur. Quod si antea siti urgea-
tur parum aquæ frigidæ bibere, quemad-
modum & statim à cibo assumere pote-
rit. Et quod magis mirum est, eandem fer-
me de uino sententiam habent. Quæ ta-
men uidentur factu difficilia, quoniã ho-
mo comedendo sitim patitur, quia humidũ
rpidũ ab ore uentriculi fugitur à cibo, at-
que etiã detergit. Sũt etiã à ratiõne aliena,

cum iam dixisset hominẽm debere bibe
 re cum fitit, quia corpus siccatur: & com
 medere dum esurit, quoniam uentricu
 lus malis repletur succis. Deinde mirum
 est, quod hic mos non fuerit antiquis. ut
 enim Athenæus recitat, neq; Hom. tem
 pore hoc fiebat, sed inter prandẽdum &
 canandum potabant. Nec Galenus hu
 ius cõsuetudinis meminit ullib. Illud ue
 rò magis absurdũ, quod cum aquæ potũ
 in ieiunis damnet, hic iam cibo ẽ uentri
 culo educto potum copiosum imperet.
 Deinde à cœna quomodo bibemus? an
 statim? non probat: an per noctem? uigi
 labimusne tota nocte, ut occasionẽ hãc
 obseruemus? an mane, cum iam ieiuni su
 mus? q̄s hoc sanis auribus audiet? Quis
 etiam hanc uentris superioris leuitatem
 atq; uacuitatem intelligit? qua arte asse
 quentur hanc scientiam rustici, artifices,
 milites, negociatores, quam uix ex mul
 tis medicis unus percipit? Galenus au
 tem uidetur primo ex sexto de Tuenda
 sanitate sentire idem quod nobis in usu
 quotidiano est: uel non multum ab eo
 dissidens, scilicet ut à cibo bibamus: qui
 mos

mos certè est ualentium corporum. Sed unde nam tam absurdus mos emanauerit, non facile forsan diiudicare liceat. Ergo tamen Arabibus hac in parte magis credendum existimarem, quod plerique ex his centesimum annum attigerint, ut Rasis & Zoar. Auerroes quoque ualde senex obiit. Galenus cum norman uite alijs prescripserit, neque admodum diu uixit nec illud tempus quo uixit perpetuis ferme uacauit incommodis: & tamen adeo operosam tuendae sanitatis rationem instituit, ut illud probem quod Rex Neapolis aulicis suis quandoque respondit. Cum enim senem ualde & qui centesimum annum attigerat (ut aiebant illi) ei ostendissent, interrogauit illum quonam uitae instituto usus esset: cum ille multa quae uitasset narraret, Rex prudenter inquit: Malo iuuenis mori quam in producenda uita quicquid est uita amittere. Et rectè inquit. nam si centum annis uiuas totus hoc ut uiuas, solū intentus, ne dieculā uixisse gloriari potes: quoniam neque illius dulcedinem nec suauitatem aut ullius alterius percipere licuit. Quāto melius igitur

est quinquaginta annis sibi uixisse, quā
 uel centum in continua formidine atq;
 seruitute: Sed hæc hæctenus: satis cōstat
 Galenum ut contradiceret antiquiori-
 bus, plus iusto studuisse, nos autem iter
 cœptum prosequamur. Quod magis ob-
 stat eorum opinioni, est Hippoc. senten-
 tia tertio libro de de Dieta: Potu inter e-
 dendum utendum est sufficiente, inter-
 diu autem minimè bibēdum, nisi aliqua
 necessaria siccitate corpus urgeatur. Hic
 uidetur sane Hippocr. omnem hunc us-
 sum potus explosisse. Nihil deniq; inue-
 nio quod huic opinioni conducatur. Nam
 quod Celsus dicat hyeme sumendū esse
 cibum siccum absq; carne & sine potu,
 nihil ad rē: prius enim dixerat post mul-
 tas potiones, quæ aliquantum sitim ex-
 cesserint, nihil edendum. Vt tandem
 concludam eam sententiam apud Ara-
 bes ex illa authoritate, quæ à nobis ter-
 tio Contradicientium medicorum cita-
 tur ortā. Cæterum his omiſsis ad ordinē
 redeamus. in potu aque natura, qualitas
 quantitas & ordo spectāda sunt. Natura
 enim optima eligēda, & destillata putre-
 dini

dini minimè obnoxia est. Nam & in uas
seruata serius corrumpitur: & cisterni
na. Qualitas aquæ multiplex est, frigi-
dissima, frigida, tepida, calida, calidor. nã
de potu feruentis agere esset insani. frigi-
dissima utilis & robustis tamen, & affue-
tis, & modico cū cibo: aliter ieiunis aut
copiosè sumpta hydropem subito crea-
re potest. Pauca autem, ut Celsus inquit,
statim à cibo sumpta concoctionem iu-
uat. uentriculi enim os concludit, & ca-
lorem ad, imum eius repellit. Cæterum
in alijs usus sit frigida. Vti enim aqua fri-
gida, qualis esse debet, & qualiter, uentri-
culum confirmat, oris spiritum bene ole-
re facit. Vnde Romani non tamen ad co-
hibendam mulierum insolentiam (si qui-
dem per se mulier stulta est & procax,
sin autem uinum bibat, bis stulta & inso-
lens) eas uti aqua iusserunt: sed ob pau-
pertatem, cum ab initio ager eorum an-
gusto limite concluderetur, & penè sine
uitibus essent, & ipsi bellis quasi perpe-
tuis occupati: & ad commendandum
oris anhelitum hoc inuentum est, quo
nil uenere suauius esse potest. Vnde
hic

hic usus uidetur hac ratione omnib. com-
 modus. Temperatiores etiam reddunt
 in actionibus, & prudentiores quicunq;
 sola aqua in potu utuntur. Præterea etiã
 ingenio magis ualent, nam halitus ac ua-
 por à uentriculo ascendens non contur-
 bat cerebrum. Et ob id etiam suauissimè
 dormiunt præter cæteros, & somnia ui-
 dent ueriora, non agitatius uini imagi-
 nibus. Corpora uero eorum ad magni-
 tudinem maiorem perueniunt, non an-
 te tempus siccata, & molliora, ac solidio-
 ra firmioraq;. A morbis uero qui ex cere-
 bro originem ducunt, tuti magis sunt, is-
 mò sponte nunquam in eos morbos in-
 cidunt. Sunt autem attonitus, paralytis,
 surditas, cæcitas, podagra & arthritidis cõ-
 uulsioq;. Neq; ob id aliud (tamen si modi-
 co uini potu ob regionis consuetudinẽ
 & naturam uteretur) patrem meum inte-
 gris sensibus ad extremam etatẽ & absq;
 podagra peruenisse existimo, quã quod
 assidue aqua ferme uteretur in potu. li-
 neque tremuli fiunt neque insaniunt: &
 quod magis mirum est, etiam rarissimè
 lithiasi corripuntur. Decet autem hoc
 quod

quod nō tam perspicuum est declarare:
Nam & silentos cibos & crassos edant,
cum aqua non impellat ut uinum, cogi-
tur natura ut penetrare possint, magnis
uiribus tales cibos coquere. Manifestū
est autem, quod à tali coctione nihil ma-
lieuenire potest. Veruntamen ut aqua
optima omnibus his conducit, ita lacu-
stris in hac causa cœnosacq; pessima est.
At nobis sermo est de aqua, quæ nulla
in parte culpari potest. Iuuat præterea a
qua omnem facultatem concoquendi,
expellendi, attrahendi retinendiq; & o-
mnes cohibet fluxiones, corporis etiam
raritati confert, seu epota frigida, seu eti-
am exterius admota. Imbrifera ad excre-
tiones omnes maximè urinarum, fecem
sudoris utilissima est. Aqua etiam ad san-
guinis generationem, ac bonū habitum
præstantior est uino, & lacti melius lon-
gè eo sociatur. Lactis autem usus utilis-
simus ad uitam producendā. Sed & per
se sumpta ad uitæ diuturnitatem pluri-
mum aqua cōducit. Audiui de quodam,
quamuis fabulosum esse existinem, qui
ad trecentos annos peruenit. Verū haud
dubi-

dubium est, eam multum uitæ longitudi-
 ni conferre. Nuper agnouî quendam Hi-
 spannum Ioan. Moralem, qui habitat iu-
 xta arcem, quem referunt centum annos
 iam sex mensibus excessisse, cum etiam
 ipse id testetur, estq; robustus, nec incur-
 uatus ulla ex parte, cum etiam multa uul-
 nera lethalia acceperit, atq; ex machinis
 igneis, quibus ossa crurium fracta
 sunt. Hic igitur uini potu nunquã usus
 est. Facilius etiam singulis morbis a-
 qua quam uini potu occurrere, incoctis
 his quæ opportuna sunt cuiq; lægiori.
 Velut fluxio est à capite, incoquatur pa-
 pauer aut Indica spica: est uentriculi pi-
 tuita, menta aut cinamomum uulgare,
 optimum tamen: sunt flatus anisum, uiri-
 cis semen: est tussis & pulmonis affectus
 gliciriza, zinziber: est renū calculus, lap-
 pe semen, aut flos geniste, aut saxifragia.
 Quin etiam ubiq; aquam inuenire decet
 bonam, aut efficere, non uinum: neq; a-
 quarum tantum discrimen, quantum ui-
 norū. Quamobrem etiam ad bellicū ui-
 sum nihil accommodatius: multa em̄ bel-
 la hoc solo infœliciter gesta, exercitus ab-
 sum.

sumpti, quod affueti uino, nec illud inuenire, nec aquam terre poterant. Atque ita inclytæ acies periere. Videtur itaque aqua uino anteferenda. Ad proles quoque generationem illa utilior est, dum ueneris superfluum usum cohibet, atque coerces. Unde semen concoctum generationi aptius redditur. Verum nervis & pectori & obstructionibus tum internis abscessibus inutilis existimatur. Sed aqua non tam nervis utilis est, quam necessaria: & his qui cerebrum habent imbecille. Propterea in morbis nervorum uinum cum sit pessimum nec aqua frigida utilis, multa exhiberi debet. Solum ad lætitiā uinum, & exhilarandum confert, estque aqua præstantius. Senibus itaque ac melancholia laborantibus non omnibus, sed his qui natura tantum ad eum morbum propensi sunt conuenit. Generaliter ergo aqua usque ad senium uino commodior, & senibus ipsis qui natura non sunt melancholici, id est qui non abundant plurima sanguinis fecē. Ad obstructiones etiam & abscessus, & pectus infirmum tanto uinum periculosius est, quanto aqua inutilior.

In

In uniuersum paucissimis uinū utile est, eiusq; usus conuenit, nisi uiolenta illa ac omnium malorum faulrix, regina consuetudo obstiterit. Porro quoniam aque copia in exercitu necessaria est, eo quo in priuatis auxilio purgandi eas destitui mur: quamobrem oportet fossis excauatis, sabuloq; interposito eas colare & corrigere. Tepidarum aut aquarum inter cibos nullus usus est, ut quæ nausæ semper comoueant. Sed harum & aliarum quid meminisse expedit: quandoquidem nullæ ad usum exquisitæ sanorum spectent. Quantitas aque non una ratione describi potest, cibus, temperamentū anni tempus, ætas, consuetudo, necessitas atq; alia multa consideranda sunt. Cibus siccior, copiosior, corpulentior plus aquæ exigit quam qui nō est eiusmodi. Aetas iuuentutis & biliosum temperamentum. Consuetudo, plurimi potus, æstas, ars, exercitatio, diuturna sitis & potus abstinentia, & huiusmodi. Salsa que & calida potestate plus aquæ requirunt, quam frigida & humida & acida, astringentiaq; & multo minus insipida. Igitur

Igitur pro determinanda quãtitate duo obseruanda sunt, necessitas & tolerãtia. Tolerantiam usus adiuuat, necessitas duplex: alia, ut cibus dissoluat, ut puls spissã: alia, ut sitis sedetur. Sitis em̄ cū non extinguitur, hominem consumit & tabefacit. Ordo tempus etiam continet. Itaque maxima ratio in hoc constat, ut sitis ipsa potum determinet, uelut enim qui bene se habet, statim à fame edere debet, quod aliter faciendo corpus absumatur: ita à naturali siti statim bibendum, quod corpus siccat. ieiunus ergo siti naturali nunquã corripitur. nam sitis non quemadmodum fames hominib. naturalis est. Esuriunt enim omnia naturalia, eduntq; nisi chameleontem excipias: at non omnia bibunt, neq; sitiunt, ut cuniculi, qui sine potu uiuunt, tamen uoluptatis causa uinũ & lac auide ingurgitẽt, suesq; Indici. Aues quoq; uniuersæ, quæ in aquis non degunt, parum potãt. Cameli & Africæ feræ & serpentium genera plurima parum & raro bibũt. Morbi quoq; sitim generant non famẽ, quoniam fames naturalis res est, sitis autem non. Nõ igitur

unquam sitis sponte euenit, sicut fames
 sed uel febre, uel dolore, uel ira uel motu
 uel aëris caliditate, aut propter cibū. Est
 enim humidum, quod sitim prohibet,
 externum frigidum potestate aut actū,
 quod à calore naturali consumi non po-
 test, cum externum sit. Quamobrem om-
 nis sitis præternaturalis est, eam tamen
 naturalem appellamus solum, quæ cibo
 assumpto prouenit, latiore significato,
 quæ citra causam manifestam contingit.
 Constat igitur non posse sitim naturali-
 ter generari ante famē, imò nec ante cibi
 assumptionem. Sitis autem salsa fit cum
 absq; humidi consumptione ea gignitur
 ut si salis quis utatur, aut bilis uentricu-
 lum occupet. Generaliter ergo siti salis
 potus non conuenit, nam humido adde-
 re humidum non oportet. Constat ergo
 cur potus in siti sit necessarius. Cū igitur
 edendo sitim homo perceperit, tantū bi-
 bendum aquæ, ut sitis extinguatur. Quæ
 si ad finē usq; peruenerit, tunc bibere o-
 portet qd uidetur, sic ut cibus soluat leui-
 ter, non in ptisanæ formā, sed mellis con-
 creti. Multo minus ut innatet cibo. Quā-
 obrem

obrem qui multo potui sunt assueti, nullam uiam tutam habent: à paucis enim cum coctio uitiatur & uentriculus fatigatur, à multo quod concoquitur non bene concoquitur. Concretus enim cibus herens optimè concoquitur, sicut dilutus facile & à uentriculo separatus malè & imperfectè. Sitis ergo cum tria sint genera, quæ à cibo bonum signum & protinus potu saturanda, quæ ex consumptione à calore aut siccitate & ipsa extinguenda, ut in artibus febribus synceris, & mendosa quæ aqua restingui nec potest nec debet. Aliquando tamen extinguitur potu, & extingere prodest: fit autem à falso humore plerumque, & labore uentriculi. Sapor falsus ob edulia uel ut in ardentibus spuris febribus, dum uellicat uentriculi os, gignit, & detergi postulat, & sic sitis tollitur. Plura autem de his in Aphorismis dicta sunt. Hactenus de usu aquæ pro sanis generaliter.

Postquam autem uisum est de aquæ optimæ usu, quæ proculdubio optimo uino præferre debemus, id modo uidendum, an aqua prauo uino deterior sit. Atque id ita est. circa enim eadem est optimum atque pessimum

mum: ut caro optima oloribus præferenda est gustu, odore & usu. ita pessima & corrupta deterior est in omnibus lactuca, brassica, endiuia, corruptis. Est & alia ratio firmior atq; ualidior. nã aqua corrumpitur permixtione multorum, quæ uino non possunt permisceri, adeo ut aquæ inueniantur quæ confestim occidât, ut olim de Stygia ferebatur aqua: aliæ amentes, aliæ steriles faciunt, aliæ dentes excutiunt, quorû nullum à uino fieri potest. Concocta enim aqua diu in uisceribus terræ nihil est quod non possit. Corrumperitur præterea aqua à terra, ipsa etiã sine permixtione, dumq; latet in illius uisceribus, si non moueatur, perniciose euadit. Vnde recentium puteorum omnes aquæ pessimæ sunt. Quædam etiam nunquam bonæ euadunt, ut Romæ contingit hoc, uel quia terræ aliquid metallici immiscetur, uel quia terra corrupta est uel quoniam aqua per loca praua trãsit, aut quia non mouetur, uel uix mouetur. Vinum etiam in arbore cõcoquitur, seruatur in uasis mundis: per se uel omnino corruptionis expers, uel non nisi à

ue-

uehementi aëris calore, etiam si infirmū sit corrumpitur, aqua ab omnib. his destituitur. Est em̄ humida ac cruda, uinū calidum & siccum & coctum in uasis, dum feruet in eis. Ob id quod in uasis nō feruet, sed ui ne ferueat detinetur, longè deterius est omni alio uino.

His cognitis ad aquæ usum reuertamur, & ut singula corporis membra particulatim confirmet doceamus. Caput igitur primū nec leuiter nec mediocriter aquæ frigide usus corroborat. Celsus huius auxiliij locuples author est. Lixiuio primum calidore totū caput diligentissime abluendum est, inde cōfertim aqua fontana aut putealis superfundenda est ad quātitatem heminarū quinq; aut sex aut etiam plus, ut perferre potest. Deinde caput linteis frigidiorib. siccare oportet. Et quāuis hæc lotio repētina horrore nō leuē incutiat, uideaturq; homo totus obrigere, multa tamen & magna comoda affert.

Primū quidem coacto intus calore coquuntur cruda, excrementa digeruntur, spiritus temperantur, functiones per-

ficiuntur, omnesq; facultates pristinae integritati restituuntur. Cœpi ego xliij anno hoc uti præsidio tantum abest ut aliqua ex parte læsum me sentiã, ut his proximis xiiij. annis aduersus nature cursum omnia, qd' ad caput attinet, profecerint in melius, ni forsan iudiciũ me fallit. Pauci tamen ob molliem sustinere uolunt, quod propter horrorem homo quispiam sentiat adeo terribile, ut omnia membra permeet concutiatq; corpus. Superfundĩ autẽ maximẽ debet coronali futurẽ. Et si sensim etiã superfundatur, ac pauca pro uirium aqua mensura iuuat: ita si ex alto magis q̃ prope. Decet autẽ hoc rarius uti p̃sidio, ueluti quater in anno. Consueta enim minus nos afficiũt, & p̃ter p̃positũ adhibira auxilia in contrariũ affectũ hominũ partes mutẽt. Quin etiã hoc præstat tot lotionibus artificiosis, caput reddens leuius & robustius, ipsumq; hominem hilariorem. Arcetq; hæc consuetudo sic lauandi caput, caluitium nondũ præsens, & canos retardat. Manifestum est autem quod seiuinis hoc conuenit, & postquam iam aluum demiserint. Quæ etiam

caput iuuant, sensus omnes etiam iuuant,
& ad motus promptiores reddunt. Si
quidem sensuum omnium & motus ori-
gine in capite sita est.

Hinc constat & potu & lotione con-
firmato cerebro nervos fieri ualidiores:
nam quæ oriuntur ab aliquo eius, à quo
oriuntur, uim obtinent. Vnde etiam ui-
demus eos qui potu aquæ solius utuntur,
nec fieri tremulos, nec cõuelli, nec stupo-
re aut paralyfi occupari. Ut obscurũ non
sit, aquã neruis esse utilissimã: q̃ etiã ex
cura tot morborũ neruis aduenientium
dignosci facile potest. Quid est cur in cõ-
cõtis morbis neruorum statim ad aquã
potũ cõfugimus, nemine qui sapiat dis-
sentiente? magisq̃ in hoc conuenimus
oēs medici, quã in alijs omnib. morbis:
quod si aquæ potus tam salutaris est iam
laborantibus neruorum morbis, q̃d erit
de his qui nondum laborant, ut seruẽtur
immunes? Nerui primũ causa interiore
nulla læduntur, nisi afflictõ cerebro: cere-
brum aqua iuuatur simile à simili: & a-
qua nihil uiolentũ patitur: & quæ nihil
ad illud uehit quod nõ trahat, ob id uti-

lissima aqua cerebro neruisq; est. Nec solum epota, sed admota frigida, ut que calorem naturalem confirmet, neque in secunda uel tertia coctione detrimēti quicquam afferre potest, utpote immutata: de prima autem suo loco dicemus. Vidi nuper Io. Moralem, de quo supra paulo memini, haud tremulum, quautumuis senem, aliosq; plures. Nos, quanquam tot laboribus, curis incommodisq; attriti, iā 55. annum emensi, quamuis non ultra etatis rationem, adeo tamen integris sensibus omnibus, manuq; firmaque uigemus, ut plures me iuniorem multo existiment quam sim, idq; solum beneficio potus aquæ. quāuis enim uino utamur ob regionis consuetudinem, & parentū, nihilominus tamen parcē, ut aquam uino, non uinum aqua diluere quisq; nos dicere possit. Quid pater meus, qui & ipse aquæ potator magis extitit quam nos, tamen modico uino uteretur, octuagenarius integris omnibus sensibus: ac quod ad firmitatem neruorū attinet, haud tremulis utebatur, ut puerum florentem dixisses. Ipse idem de aue meo referebat, e-

ego de patre affirmare possum, de auo non possum.

Oculorum uerò præcipue claritatem aqua confirmat. non necesse est autem, ut commemorem, qualiter illis prosit exhibita. Multo enim magis si ex ea lauentur confert. Maximè uerò si oculi aperti in ea immergantur. Quod quamuis ab initio sit difficile, longe tamen est utilius quam sit arduum. Etenim uisum acuit, lachrymas sistit, robustos efficit oculos, & eos ab omni fluxione immunes reddit. Memini cum essem iuuenis, inchoãtem mihi lachrymarum defluxum sic cohibuisse. Quin etiam quod nuper commemorauimus, scilicet inspersio frigidaë capiti, & balneum ex tepida pedibus abhibitũ, & lotio manuũ cum frigida à cibo, omnia hæc oculis conducunt, & sunt salutaria. Ita multiplici modo aqua oculis cõfert, nec mirum. nam philosophi medicique in hoc consentiunt, quod oculi substantia aquea sit. Quamobrem non est à ratione alienum, simile iuari à simili. Meminit huius præsidij, scilicet immersionis oculorum in aquam Rasis. Verum de bal

neis, & maximè pedum, quod auocent atq; diuertant, modo aqua sit calens, nō solum omnes autores testātur, sed ratio etiam ipsa suadet.

Eadem manuum tum uultus ex frigida lotio hominē exhilarat, recreatq; spiritus, colorē faciei meliorē efficit, pulchritudinemq; reddit. Aqua enim præter id qd fordes eluit, uapores & malos habitus expirare facit, calorēq; intus natiuū cogit. Vnde Auicenna: Faciē aqua frigida madefacere atq; inspergere, uires recreat, & præcipuè deficientes ob febrīū æstum.

Eadem ut hauritur è puteis, naribus attracta uel tepida purgat pituitam, olfactum conseruat immunē: frigidior uerò tepida cerebro utilis est, ipsumq; confirmat. Neq; em̄ par ratio cerebri læsi & sani, & eius cuius os fractū est, aut integrū. Seruat & hæc cōsuetudo hauriēdi aquā per nares hominē ab ozenē & polypī periculū. Similiter & aures tepida aqua lauare atq; purgare, à tinnitu ac surditate hominē præseruat, sed quo diligentius laueris, eo diligentius eas siccare etiam oportet. Auxiliatur etiā aqua uen-

tri-

triculo, si quid aliud, & primum dum e-
um purgat, epota mane, inde uomitu re-
iecta. Eductit enim bilem pituitamq; &
ab omnibus ferme morbis hæc consue-
tudo præseruat. Nec obstat quicquã nisi
difficultas, & si homo uomere non sit as-
suetus. Cæterum res est mirabilis iuua-
menti, & utilissima seruandæ sanitati, &
maxime imbecilibus intemperatis pau-
peribus & quibuscunq; negocijs occu-
patis. Opportunissimũ uerò est cũ homo
nauseã sentit, aut grauitatẽ in uentriculo,
autoris malũ saporem, uel odorã, uel si-
tim, uel morsum in p̄cordijs & circa sto-
machũ, tunc enim præsentaneum est au-
xilium. eductit enim bilem flauã, proprie
per uomitũ & pituitam tenuem & etiam
crassam, & acidum humorem, illum quo
que temperat, per inferna etiã atrã bilẽ.
Scioq; agnatum meum quadraginta per
petuis annis hoc auxilio usum, semper
ualuisse, quamuis septimestris esset, nec
satis bono regimine alioq; uteretur. Nec
solum recte ualuit, sed bonum habitum
perpetuo retinuit: nuncq; etiã sanus ui-
uit, q̄uis sexagenario maior, diluculosur-
gens

gens, aeriq; se exponens. Vnde male agunt medici, non solum qui in omni uentriculi imbecillitate uina fragrantia exhibent, sed etiam qui in plerisque illa praeferrunt aquae. Nam cum ea imbecillitas trifariam contingere possit, natiui caloris defectu, mala qualitate & alienae praesentia: in duobus semper casibus uino aqua melior est. Nam si materia adsit, aqua illam magis detergit praeparat & per alium facilius uino ducit. Si inopia sit caloris, adhuc aqua uino praestantior est, modo ex aetate defectus non sit, nam ea inopia malam qualitatem frigidam, cuius causa uinum magis conuenit, sibi semper associat. Ex intemperiebus etiam in calida, aut sicca, aut ex utraque composita aqua uino salubrior est.

At sitim quoque tollendam, & collutio-
ne oris, & potu & balneo nihil melius
sincera aqua excogitari potest. De natu-
rali nunc siti sermo est, aut ea quae citra
corporis morbum aduenit. Si enim labo-
re quisquam, & aestu ac puluere confectus
sitiat, extemplo balneum tepidae adeo
prompte auxiliatur, ut Galenus referat
ip-

sum qui lauatur, aquę ingressum sentire. Id uerò dicebat admirabile, quod balneum sitim in habentibus sedet, in non habentibus autem excitet. Si quis enim sitiens in balneum aquę tepidę ingressus fuerit, absq; siti inquit ingreditur. At si nō prius sitiebat, prodit siticulosus. Horum causam hic docere non expedit.

Quemadmodum autem potus, & quomodo celerrimē sitim extinguat, omnibus ex perimeno notum esse scio. Restat ut de oris collutione dicam, quanta sit, & quam potens, quin etiam ut illius referam uires, nunc maximē expedit. Igitur collutio oris ex frīgida uentriculum refrigerat, præcipuē autem stomachū, id est, uentriculi os: reprimit etiam malos uapores. Itaq; primam ob causam sitim extinguit & appetentiam cibi excitat. ea enim ut Galen. docet, à frīgido fit. Altera causa odorem malum qui ex uentriculo proficiscitur mitigat, & calida repurgatur os pituita ē cerebro detrahitur, unde & foetorem oris, si ex eius partibus proficiscatur, tollit, & cerebrum alleuiat. Vtrum uerò dentibus conueniat, potentia quidem

quidem frigidū, a ctu aut calidum, dubitatione dignū est. Demonstrattum tamē est, de actu non potestate frigidis hoc debere intelligi. Ergo calida aqua grauedinibus ac raucedinibus utilis est, in ore reſtenta: frigida uero comprimit fluxiones & cerebro ac dentib. utilis est, moderate abhībita. Testis est quint⁹ Serenus dicēs

*Sæpe etiam gelida gingiuas collue lymphā.
Dentibus ut possis firmum seruare uigorem.*

Fauces uerò & gulam, ac oris partes uſus collutionis ex frigida ab angina & fluxionibus reliquis præseruat. Calida uerò & dentibus & ori repurgando cum sit utilis, dentes etiam iuuat. Verū ad oris & faucium fluxiōes deriuandas apta est. Eas tamen quæ iam ceperunt neq; amplius augentur, laxat iuuatq; dolores leniendo. Non solū ergo collutio oris faucibus & ori ipsi, sed etiam uuę & gutturi ipsi ac uicinis partibus præstans est auxiliū. Oportet autem diligenter considerare, cui affectui homo magis natura cōsuetudine anni tempore ac consuetudine ne tum alijs causis, puta genere artis, ex
era

ercitatione pronior sit atq̃ paratior: & periculo magis presenti atq̃ urgenti occurrere. Sed cum omnibus membris frigida cōueniat, præcipuè tamen renibus utilis est: Cōfirmat eos, & lapidis, si quid aliud prohibet, generationem. Ita uerò soleo aqua uti in his casibus æstate & à prandio, cum Sol meridiat hominem in riuulo statuo sedentem, sic ut auersis renibus aquæ rigentis cursum excipiat. Incipio autem ab horæ octaua parte, & ad integram perueuio: atq̃ in ea mora aliquot diebus consisto. Manifestum est autem, quod locum oporteat eligere umbrosum, ut caput non lædatur, & aqua ipsa possit esse frigidissima.

In uniuersum uero calidis tēperamentis aqua utilissima est, dicente Hippocrate sexto Epidem. Calido natura refrigeratio, potus aqua quiescere. Dicitur est autem in contradictionibus quoniā pacto intelligatur à Galen. Nunc uerò satis erit explicasse quod ad præsens attinet institutū, scilicet qđ aq̃ uisus tēperaturas calidas in melius cōmutare potest, quas dā uerò ita in meli9 traducit, ut obesas & corpulen

lētās eas reddat & efficiat. In uniuersum,
 aquæ usus non solum has quas Galenus
 refert calidas temperaturas, sed etiam o-
 mnes uirium robustarum pleniores &
 meliores reddit. Dico puerorum omni-
 um & infantium & iuuenum, & primi se-
 nis, quæ aut calidæ sint adhuc, aut uirium
 ualentium. Solū ergo negabimus usum
 purioris aquæ primis senibus qui imbe-
 cilles sint & frigidæ cum hoc naturæ: at-
 que ultimis senibus quos omnes cōstat
 liquido uirium esse haud ualidarum, &
 quibus obstat usus natura potior, ut su-
 perius diximus. Sed neq; ullis horū pro-
 fanitate tuenda uinum syncerū utile est,
 uerum potius dilutum. Ita aqua multis
 per se, ac fermē omnibus conuenit, ac si-
 ne uino: uinum nemini absq; aqua, sed
 & cum illa paucissimis si usum, imo po-
 tius abusum excipias. Hoc igitur credo
 fuisse, cui Mahometus prospexit. Legū
 latores enim publicæ utilitatī consulūt,
 & ualetudini maioris partis nam omni-
 um non eorum est muneris, sed medico-
 rum potius. Ita Moses Iudæis suillas car-
 nes prohibuit, qđ in elephantiasim gens
 illa

illa propensa foret, & eadem causa concubitus in mensum fluxu. Lauari etiam præcepit, quod sint sordidi natura, utpote colluues seruorum Aegyptiorum.

Vt uerò hyeme non frigeas, lotio frigida consuetis plus uestibus ipsis prodest. Vnde scoti syluestres, cū ea regio sit frigidior longe quam nostra, & ipsi homines propemodum nudi incedant indusioque pallio tantū leui corpus ad genua usque uelantes, nec etiam cincti, frigus hac arte depellunt. Vbi surrexerint, mane frigida se mergunt totos: & ubi paululū delituerint, emergentes stadij spacio currunt, atque ita tota die calent. Sed & hoc, ut dixi, assuetis ac non omnino imbecilibus ad optimè cōcoquendum facit: Et quāquā hoc auxiliū barbaricū & graue uideatur, præterquam quod utile sit, ratione euidenti probat, & Hipp. autoritate nobilitatur. Is etenim in libro de Veteri medicina, inquit: Affinia sunt calor & frigus atque inuicē adeò cōmutabilia ut unū ex altero plerumque oriatur. nam si quis niuē manibus conceperit, postquam refrige-

tus fuerit incalescit: & si quis uento frigido similiter se exposuerit, paulo post ad locum transiens tepidum, calidior euadit. Ac contra, si Soli prius se exponat, indeq; ad tepidiorum locum accesserit, refrigerabitur manifestè. Hec est illius sententia, quam ut uno uerbo cum usu completar, constat huic inniti experimento, quod frigida exterius dum cutem stipant, & tutos nos ab externo frigore reddunt, & calorem intus cogunt. Calida uero contrario modo, & calorem qui intus est exhalare cogunt, & apertis meatibus corpus frigori excipiendo obnoxium reddunt. Vnde nihil magis mortiferum est, quam ab exercitatione frigori se exponere. Nam & calor conceptus labore extra progredi prohibetur à frigore, & meatibus apertis ob calorem conceptum. cuius etiam pars dum exercetur extra euanuit, frigus ingreditur membra natiuo destituta calore inueniens, quamobrem illa destruit. Ita duplici malo & ancipiti periculo corpus percellitur, & ut externo calore retento atque ibi tanquam hoste concluso putredo accen-

cendatur ac febris pessima, tum fluxu in
 intimam aliquam partem (frigore humo-
 rem calido liquecentem constingen-
 te) decumbat, & ut destituta membra na-
 tivo spiritu syderentur à frigore. Et ut
 uel calore adhuc externo uigente, non-
 dum scilicet perfecta resolutione febris
 & abscessus perniciosi generentur, uel
 magna illius parte: cum naturali spiritu
 ut dixi exhalante iam atq; resoluta mem-
 bra corrumpantur à frigore. Atq; ita ut
 dixi duplex malū ancepsq; periculum.
 Quæ cum Galen. toties attigerit, tracta-
 uerit, sub manibusq; ut ita dicam habue-
 rit, mirum est cur hoc tātum periculum,
 tanquam grauē noxam (quam etiā uul-
 gus nostrum nouit appellatq; Sopressos
 id est, deprehensos à frigore dum cale-
 rent, uel subpressos, id est, magno mor-
 bo) non qualiter debuit explicauerit, sed
 stipationis & ephemeræ ac lassitudinis
 solum meminerit. Neq; id ut reor con-
 tigit quod ex his lenibus malis postmo-
 dum in ea quæ commemorauimus deue-
 niatur, quando quidē uideamus hoc no-
 stro tēpore multos statim ab hoc errore
 DDD 2 ægro

ægrotare seuis simis morbis, & quos statim excipiat mors: sed euenit potius quoniam Galeni tempore (ut etiã de pestis genere cõttagioso) rarius esset hoc malũ, namq; labores excipiebant balnea calida & frictions etiam iu pauperibus, cũ balnea publica singulis in ciuitatib. essent constituta, quibus tam ingens periculũ depellebat, adeo ut Galeno rarius quã hac nostra ætate talia uidere contigerit. Id uerò qualiter etiam mihi eueniret dũ alpium eam partem quam Semproniu montem uocant superarem, essemq; ob laborem resolutus ac æstiuans, ob frigus uerò contractus ac impotens, ideoq; in maximo uitæ discrimine uersarer, & quo modo in uento æstiuatio me seruauerim alias recitasse memini.

Sed ut ad rem redeã, potus aquæ frigidæ à cibo & maxime cui somnus succedat, concoctionẽ iuuat & sitim extinguit. Aristot. consilium fuit nec à ratione alienũ. Vt enim Galen. docet, clauditur uentriculi os dũ cibus cõcoquitur, calor que ad intima fundumq; refugit atq; colligitur, at aquæ frigidæ modiceq; potus hæc

hæc facit. ideoq; etiam utilis est. Adde quod hoc præsidium, non in ea quæ ex calefaciunt, obsolescit usu, sed in dies melius redditur.

Excalefactis quoq; prodest ablutio aquæ cum tepida. Eadem exhalantibus uaporibus ex eius lotione prohibet ne incallescant. Frigidæ etiam lotionem antequam homo exercitio incalescat temperatur ex aëre contractus calor. Diximus & alias carnosam aurium partem contactam frigida facere, ut totum corpus refrigeretur. Mirum est autem de balneo tepidæ, quod uelut indumenta (dico autem calceos, caligas chirotecas) mendacius artificum, ut uis exoptulat, uariantur laxando se atq; constringendo, & ipsum in contrarios usus se uertat refrigeratos excalefaciendo, calefactos refrigerando, siccatos humectando, siticulosos quasi potu satiando, ut superius diximus. Quæ tamen omnia certa ratione fiunt, atq; ex duobus principiis pendent, quod aqua tepida humida sit, & potestate etiã frigida.

Verum præter id aquæ frigidæ balneum bonum habitum efficit, ut siquid ali-

liud quod etiam superius explicauimus.
 In sanis quidem ac robustis statim ab ex-
 citatione: in imbecillibus atq; insue-
 tis à tepidæ lauatione. Corpus enim ex
 hoc solidius euadit, calorq; intro cogi-
 tur, uires etiam efficiuntur robustiores,
 estq; suaue auxilium. Redduntur autem
 homines carnosiores & coloratiores.
 Porro quomodo adhibendum sit hoc
 balneum, docebat Galenus tertio de Tu-
 enda sanitate, præcipiens ut à frictione
 satis ualida & longa balneum frigidæ,
 non tamen gelidæ aquæ, iuuenis ingre-
 deretur, & totus simul. nam si sensim, in-
 quit, demergatur, horrorem facile incur-
 ret. oportet præterea prius oleo inunctū
 corpus habere, antequam demergatur.
 Ita his tribus præceptis indiget hæc laua-
 tio. Eamq; & bis & ut alij ter, repetendā
 suadet. In hoc igi balneo tepidæ minime
 utitur. Aquæ etiā usus ad oë renum &
 uesicæ & ani & pedū morbos, precauēdos
 utilior est, quā uini. Quin etiam infantes
 nuper natos, si curā est rostrustose efficere,
 frigida merges, ut barbari: si sanos, tepi-
 da. Omnib. ergo infantibus balneū aque
 ex

expedit. Prima quoque ætate non tam utile est abstinere à uino, quam necessarium, Nam si uino in infantia utuntur, facile conuelluntur & pereunt, aut lyderantur. Quod si robustiores sint, ac temperatiores, quam ut hoc malum sentiant, euadunt ebriosis, intemperantes, stolidi ac petulantes: atque id certum est, raroque in ea expectatione fallimur. Sed cur uinum infantibus non conueniat, dubium est an Galenus sufficienter explicauerit. Etenim res hæc non exigui est momenti, ut sciamus non solum quod cauere oportet, sed etiam cur. sic enim & noxæ contractæ ex intempertiuo usu occurrere facilius licebit, & si cogamur exhibere præsidium, & ut ita dicam, alexipharmacum paratum habebimus. Neque hæc accurata inquisitio insectandi Galenum causa est. sed quando Galenus nobis amicus est ipsa tamen ueritas etiam publica utilitas magis curæ esse debet. Inquit igitur in primo de Tuenda sanitate: Vinum pueris non expedit, quod calefaciat & humectet, capitaque illorum repleat, ipsi uero natura sunt calidi humidique. Vnde ex altero horum in im-

moderatam transeunt intemperiem, ex
 reliquo turbantur sensus, atq; etiam in-
 continentes euadunt, ac præcipue iracun-
 di. Vtilitas etiam quæ ex uino desidera-
 tur, illis non conuenit. Vinum enim soli-
 das partes humectat, & bilẽ educit. Quo-
 rum neutro pueri indigent, ut qui abun-
 dẽ sũt humidĩ, & bile uacent. Poterat &
 honestẽ adijcere id, quod cum uinum se-
 rosa educat excrementa coctionemque
 uentriculi, præcipue iuuet pueros, neq;
 his indigere. Excrementa enim illorum
 neq; serosa sunt, nec coctio uentriculi im-
 becillis, quorum utrũq; à calore exiguo
 prouenit, ac pueri si quã nulla ætas, copi-
 osissimum ac densissimum habent. Sed
 cum hæc tamen bene dicta siut, non de-
 clarant noxam manifestam, quæ ex usu
 uini in pueris cõtrahitur: Supponamus
 igitur quod etiam infra ostẽdetur, quã-
 drifariam dici calidum siccumue, an iure
 quis uinum humidum esse dicatur? & si
 sit, cur non congruet pueris? at auget in-
 temperiem, quomodo? nam si omnino
 humidum uinum esse dicatur, attamen
 inter omnes conuenit, non uehementer
 esse

esse humidum. Quinimo & ipse aliquan-
do potestate siccum, & nos cum ipso si-
mul esse pronunciauimus. sed sit, an hu-
mida pueris non conuenient, mala pis-
ces, carnes: sed quodnam eduliorum ge-
nus siccum pueris conueniet? Alimen-
torum enim cum pleraque humida sint
natura q̄ sicca sunt, nemo probat in pue-
ris. Cur igitur uinum adeo illos offen-
dit? quia calidum inquit. at nonne sunt
alba, frigida & oligophora? an non licet
aquam permiscere? eruntq; pleraq; uel
sic, si non sponte frigida. Sed cur sal, pi-
per & alia, mentum, rutum, fœniculum,
quæ uino prorsus sunt calidiora, nō pro-
hibet à pueris? & si concedantur, non a-
deo euidenter nocent. Vinum igitur nō
ob caliditatē aut humidam qualitatem
pueris adeo est inimicum, sed quoniam
pueris cum caput sit imbecillissimum, ui-
num partem necessario, quantumuis a-
quosum, habet tenuissimam, acrem, sic-
cam, quæ sursum fertur. nam ex omni ui-
no non acido, etiam putrescente aqua
ardens excipitur. Hac igitur quicquid in
corpore uaporum & tenuiorum humo-
rum

orum, ad caput fertur. Vnde conuulsiones, abcessus, animi quæ intemperantiæ fiunt. Non ergo ob caliditatem aut humidam qualitatem uinum pueris noxium est, sed quia acrem & tenuem habet partem, qua pluribus ad mortem usque noxium est. Galenus uerò multa sic obiter scripsit, non defectu ingenij, memoriæ, uel aut eruditiois, uel etiam iudicij, quibus fuit admirabilis, sed temporis. Vt enim ipsemet fatetur, tota die curandis ægris intentus, per noctem studijs incubabat atque scribebat: nectatum refert temporis angustia, quã si animus iam curis lassatus se applicet studijs. Sed hæc omitamus, quæ non ut Galenum reprehenderemus dicta sunt, sed ut a quibus usum, maximam in pueris necessitatem, ostenderemus. Nunc igitur ad alia transeundum. Non solum autem expedit aquæ usum ad conseruationem sanitatis, & propulsandos morbos explicuisse, sed & si aliquid commodi afferat ad ipsos morbos dignoscendos, siue sint siue non sint, commemorasse. Primum igitur si qua mulier sit, de qua id dubitetur an uterum gerat.

Si

Si autem id temporis iam, in quo foetus moueri possit: quod quamuis uarium sit in diuersis, nunquam tamen serius mensetur tertio exacto mouetur. Linteae aqua frigida imbuta & expressa imposito ea uentris parte qua magis tumet, duriorque est: si concepit, mouebitur foetus, frigoris noxam quasi refugiens, atque eum motum mater ad hoc intenta omnino percipiet. Debet autem si primum non senserit, bis terue repeti, atque etiam diuersis in locis: ita fieri non poterit, quin motum si quis omnino sit, illa non percipiat. Et quamquam hoc experimentum alias a me, cum uino uelut tutiore fieri soleret, existimo tamen aquam securiorem: quod uinum aduersetur foetibus, quam illos confirmet. Ledit enim ut dixi caput etiam iam perfectorum infantium, quod motum uehementem cieat. omnis autem motus uehemens, qualiscumque sit, omnibus quauis causa imbecillibus, & noxius est & periculosus.

Quod si quisquam empyemate laboret, cura proculdubio, si res non bene cedat, sectio est e regione loci ubi pus continetur.

tur Scire autem, ubi pus contineatur, nō melius licet, quam si argilla tenuis aut linteū aqua medefactum pectori superponatur, & qua parte siccetur, prius obseruetur, ibi enim pus subiacet, ibi sectionem facere conuenit. Tanti est modica accuratio, ut ritē peracta seruet, perperā iugulet hominem. Oportet autem & ut in reliquis si discrimen haud euidentis fuerit, & sæpius experiri, & obseruare rursum, ne septum ipsum, ubi pectori alligatur, dissecemus.

In febribus etiam lentis ac hecticis, ubi sæpe dubitamus an putrida coniuncta sit, & an tota putrida sit; an uerò hectica sola, & quando, medici etiam celebres hæsitare solent, quoniā plus dicendo ualent, quam exercendo, ut Galenus; aut quia ambitione & dolis euecti sunt. Ralis pulcherrimo inuēto res exploranda est, ægrum cum maximè exacerbari uidetur, in cubiculo temperato collocabis, induelq; eum uestibus: lauabis autē crura tepida aqua, aut paulo calidiore: tunc si hectica fuerit, qualis erat antea, permanebit: sin putrida per se sola, aut hæ;

hæctica iuncta, perhorrescet corpus, rigoresq; sparsim sentiet. Nam calore ipso auocati uapores super musculos ac nervos transibunt irritabuntq; horrores aut rigores: nonnunquam uerò etiam tremores, si materia biliosior fuerit. Non ignoro quosdam dicturos, hæc ex solo pulsu sciri posse, sed hoc est in modulo machinam experiri, imò etiam aliquanto deterior est. Quamobrem nemo qui hoc experimentum, quemadmodum ego tractauerit, pulsus sola dignotione contentus erit. Semper enim angulus, ut Geometra dicunt, diuidi potest: non tamen homini post decimam aut duodecimam diuisionem ultra procedere licet, nedù in infinitum. Ita ratio plurima docet, eadem scitu iucunda disputatione admirabilia, sensu tamen incomprehensibilia, factuq; impossibilia.

Si de duobus cibus altercatio sit, quisnam facilius concoquatur, aqua non solum tepida, sed etiam frigida experimentum dabit, certamq; præbebit cognitionem. nam qui infusus pari quantitate celerius dissoluetur aut emollietur, is procul-

culdubio facilius erit concoctu. Atq̄ hæc
 regula generalissima est ac uerissima in
 his quę eiusdem generis sunt, & aliena
 qualitate non mutata, ut medulla casei,
 casei alterius medullæ & panis, panis &
 olera oleribus comparata. At non par rã
 tio erit, si caro caseo comparetur. Hic
 enim durior concoctu, & tamen facilius
 in aqua soluitur. Quin etiam in eodem
 genere casei durioris medullæ, facilius
 molescet in aqua, quam crusta tenerio
 ris aut medulla eius casei qui gelu con
 cretus sit, ac reliqua eiusmodi. semper ta
 men in eodem genere ratio uera erit, ut
 in leguminibus granisq̄ segetum, ac ra
 dicibus. In uniuersum igit̄ hæc de aqua
 dicta sint, quantum ad sanitatis conser
 uationem ac cognitionem eorum quæ
 medico necessaria sunt pertinet: nunc ue
 rò de cura morborum, etiam per illã uer
 ba faciamus.

Morborum quidem genera diuersa
 sunt, & quædam sol aqua curantur, alia
 uerò cum alijs præsijs: quædam autem
 non nisi cum illa, alia autem ex parte tã
 tum. Intemperies enim præcipuè hoc au
 xilio

xilio sanari solet atq; eo etiã solo. Morbi uerò quibus materia iūgitur, cū aquæ præsidū soleat esse uehementissimū, euacuationē ut tutius administret, plerunq; requirunt. Quæ aut cū balneo fiāt, id auxilium ut necessarium, non tñ principale postulant. Quidam etiã morbi hoc præsidio, sed nō solo neq; tali ut eo plene possint liberari, idigent. Atq; hæc satis his q; res in causas reducere solent, ad uniuersam medendī methodum, quæ cum aqua fit, esse possunt. His uero qui hæc non curant, superq; etiam. Quamobrem ad singularum enarrationem deueniendum. In capitis igitur doloribus qualescunq; sint, pedum & manuum lotionē tepida calidioreque aqua, si non admodum corpus plenum extiterit, plurimum iuuat. Si uero ob calores & æstus ac siccitates doluerit, quam præsentaneum sit auxilium hæc lotio non solum, sed etiam capitis, uix dicere possum. Auocat enim ad contrariam partem & extra, & ipsam prauam qualitatem temperat. Quin etiã in epiphoris, grauedinib. ac raucedinib. quantū iuuet, cōmodum quod

quod aliquando ex ea lotione sum con-
secutus, facit ut nunc etiam meminerim.
Opprimebar aliquando Collegij nostri
autoritate, quorundam autem medico-
rum odio factioneque haud dissimulata
obscurate. Coactus sum principis Al-
phonsi amicitiam colere, id faciebam ho-
ra uespertina, sed ut undequaque mihi for-
tuna inuidit, correptus sum grauedine
& raucedine adeo uehementi, ut neque
respirare liberè, nec tantillum absque tussi
quiescere possem, atque ideo uademonium
meae salutis deserere cogerer. Ergo cum
cassiam nigram deuorassim, cum inedia
occurissem, nihil conferentibus solitis
praesidijs, ad sacram ut dicunt, anchoram
confugi, balneum tepidae scilicet aquae
pro cruribus tantum. ea enim spacio di-
midie horae in aqua paulo tepida calidior
te continebam, atque ita in tribus diebus
solutus est morbus. Simili ratione omni-
bus capitis morbis occurri non pleno o-
mnino corpore posse confido, auertendo
retrahendo, digerendo atque temperando
quod influit, adeo ut etiam in abscessibus
non paruum sit auxilium. Quot uero
mo-

modis si uigiliae premant, aqua in usu sit, non facile est describere. Primum coluendo os, atque modicum aquae frigidae bibendo: multis enim modis confert concipiendo prauos uapores, qui sursum ascendentes somnum prohibent, cerebrum humectando concoctioneque iuuando. Hoc ego auxilium cum sepius expertus fuerim, lactucam Galeni merito praefero non tamen e coena statim adhibere conuenit, sed cum quis expergiscitur, nec amplius somnus obrepit. Balneum quoque tepidae hoc agit, suauiter etiam a cibo adhibitum. Stilla quoque aquae guttatim cadentis, tum sonus fluentis uelut in fonticulis & euripis susurrum merito eum uocant. Quin etiam ipsa cogitatio rei somnum conciliare potest, & in pictura mare, fontes, flumina & lacus inter lucos sylvasque adeo ut uix fieri possit quin omnibus simul concurrentibus somnus non obrepat, ita illi amica est aqua ac solitudo. cum tamen haec omnia prosint, nullus tamen melior modus quam si diu tepida lauetur caput, inde linteo expresso non exacte, circumuoluatur, ei sic

EEE

cum

cum & purum circuducatur, atq; in obscuro decumbat. Somnus enim uolentus, ut ita dicā inuadere ægros solet. Vnde Galen. tertio de locis affectis inquit: Balnea ob id soporifera sunt, quod caput madefaciant. Et rursus primo de symptomatum causis: Balneæ calidæ capitibus, quod ipsum impleant, somnum maxime prouocant. ita nil quod experimento consentiret, hisq; quæ à nobis nunc docent, claritus dici potuit. Tot ergo modis aqua somno allicens salutaris est: tū uerò morbis qui cū uigilijs cōiunguntur uelut phrenitidi, melancholiæ ac similib.

Eadem uerò quod mirum est, etiam somniculosos uigilare facit: quomodo etiam doloribus confert oculos. uapores enim atq; materias sursum ascenden-tes reuocat. Fit balneum hoc pedibus cruribusq; cum calida & à cibo. Ita studioli quidam, dum corporis cōmoda gloriæ posthabent, noctes insomnes producere solēt. Verum anceps hoc auxilium. Ob id quidam ferreā pilam æneo labro supposito manibus continere consueuerunt, ut per somnū delapsa immenso strepitu

pituitam illum interrumpere. Nos tamē hac diligentia carere uoluimus, graue ducentes magis, si iusto plus & inuiti uigilare coacti iuerimus.

Aqua quoque tepida multis modis pituitam per nares educit, & per illas attractam, ut ego sum expertus, & balneo adhibito, ut Galenus testatur. Iuuat etiam in ore retēta. Incredibile autem est, quantum hic defluxu: pituitae per nares nos iuuat, & à quot morbis securos reddat: grauedine, tussi, spirandi difficultate mala coctione, amissione odoratus, hydropē, diarrhoea, multisq; alijs grauissimis affectibus. Oportet autem ut liquet, hanc deductionem nobis ieiunis, non autem à cibo moliri.

Iubeo etiam hoc auxilium in auribus tentandum, si dolor eas uexet: nam repida ablutio, & calidioris aquae plurimum iuuant. Videtur tamen hoc commune omnibus doloribus auxilium esse. Nam & in angina Aetius ex Archigene docet, balnea post gargarisma ē sinapi summo esse praesidio: atq; id iure auellunt enim & extra reuocant, quando occulta

est ut ille inquit. Itaq; non solum in doloribus, sed etiam abscessibus tum gutturum adiacentium partium balneum utile est. Auicenna quoq; multorum aliorum morborum cure per aquam meminit, dicens: Et illi quibus aqua calida unum est, sunt melancholici & comitiales & capitis dolorem frigidum habentes & parotidas & gingivarum aut gutturis tubercula, & asthma, & ulcera pectoris aut pulmonis, aut septi transversi, aut urinæ uel mensium retentionem patientes. & generaliter eadem omnibus confert doloribus: coli quoq; dolores soluit, & flatum discutit. Hæc ille. Omitto nunc difficultatem de tepida loco calide adhibenda, nam non hic locus est his: utinam ipse modo rationem tantarum rerum, & adeo utilium ac mirabilium & modum subiunxisset. Sed ut uideo, semper mihi noui subeundi sunt labores monstraq; perpetuo domanda. Nam Gentilis quamuis nomine clarus, ita tamen exponit, ut frustra esse existimen, ipsum reprehendere. Inquit enim de decoctis herbarum illum loqui. quod si ita esset, neminem lætet

tet de omnibus morbis & breuius & me-
 lius dici potuisse. Nec quod calida esset,
 debuisset adiungere. Ideo de melancho-
 lia inquit: Et utatur balneo ante cibum,
 & effundatur super caput ipsius aqua te-
 pida non ualde calida. Cumq̄ ex balneo
 egreditur sitiatq̄ paululum non malum
 est, si modicum aquæ bibat. Cumq̄ tali-
 bus post euacuationes atq̄ purgationes
 conuulsio successerit, quod frequenter
 ob siccitatem euenire solet, in aqua tepi-
 da sedeant. ipsam quoq̄ frigidam & per-
 mixtam (scilicet uino) bibant. Ecce uides
 iam non de decoctis Auicennam loqui,
 sed, de simplici aqua, & quot modis me-
 lancholiæ conueniat. Illud etiam quod
 dixit de aqua, uino permixta, idem non
 est, ac si dixisset. uinum aquæ permixtū.
 hoc enim ad uinum, illud planè ad aquā
 pertinet, quod etiam plebei in consuetu-
 dine inter loquendum habent, dicentes;
 non enim uino aqua, sed aquæ uinū mi-
 scet, id est. paruam portionem uini adij-
 cit. Iure merito uerò melancholiæ aqua
 tot modis opitulatur, ut quæ auocet, hu-
 mectet, ad cutim retrahat minimeq̄ ca-
 put

put tentet: quæ omnia morbo & causis huius morbi aduersantur, tum maxime, ut diximus, somno conciliando.

Pluribus igitur etiam modis, quatenus melancholiæ comitialis quasi frater est, etiam illi opitulatur. Propterea idem autor dicebat: Comitiales iuuantur ab aqua tepida. Omitto autem ea quæ in Sexto Contradicientium medicorum dicta sunt. Inquit ergo, de cura comitialis morbi loquens: Et neq; multum uino utantur, quoniam ipsum replet cerebrum. Quod si necesse sit, paucum, antiquum, clarum. Itaq; aquæ potum præferre uidetur. At non hæc est sententia conueniens prior, nam hæc aqua nec calida nec tepida utitur: sicut neque cum dicit: Pœonia utatur omni hora cum aqua. Quid igitur nouit Auicenna duobus in casibus tepidam & calidam aquam admodum utilem non solum esse, uerum necessariam, & cū conuelluntur uehementer membra. ideo bis inquit: Et cum contorqueatur membrum, reducatur frictione cū oleo & aqua tepida: Et cū comitialis morbus à causa calida fuerit uel illi iunctus, ut

ut in eo genere quod uocant mater puerorum, quoniam infantibus præcipue sit familiaris: ideo inquit, Utantur tina, id est, balneo dulcis aquæ. Constat autem comitialis morbi conuulsionẽ esse, quasi partem non solum, sed etiã cõiunctam atq; familiarem. In uniuersum etiã aqua in hoc morbo salubrior est uino, ut Rufus inquit: quia humor non attenuatur, nec ad caput defertur propter aquam, sicuti propter uinum.

Succedit capitis dolor à frigida causa, in quo nõ est generalis hic usus, sed conuenit in melancholico, & cum materia multa per nares educta fuerit: tunc enim expedit nasum lauare cum aqua calida. Et sunt necessaria embregmata in omni curatione, quæ fit per externa auxilia, & ideo cum aqua calida ut possint penetrare unguenta & olea, ac reliquæ quæ applicari solent. Et in doloribus etiam capitis, qui fiunt ex ascensu uaporum, expedit uinum omnino dimittere, maxime ubi cum pulsatione sint. Et potus aquæ frigide ante accessionem implet prohibetq; accessionis aduentũ. Ta-

cuit etiam de dolore à causa calida, tanquam re clara per se, ut patet apud Galenum quarto de uictu in acutis, ubi non solum in dolore, sed in quacuncq; causa calida, qua caput per se laboret, balneū probat. Et generaliter Auicennæ hæc sententia est, ac si diceret. Cum in doloribus capitis usus aquæ, qui frequenter est necessarius, oportunus fuerit, tunc calida uteris non autem frigida. De tepida autem, quoniam media quasi est, quandoque illam admittit, quandoque rejicit. Et parotidibus hi sunt abscessus ab aurium nomine deriuati. unde etiã parotides arteriæ, quasi *παρὰ τὸ ὄτα*, quod est prope aures: quarū altera quæ è regione est membri patiens, ferro & uinculo atq; igne intercepta, hi comitiales supremo auxilio liberantur, qui membri alicuius inferioris uitio ab eo morbo corripì solent. Licuit hoc addere, cuius meminit Auicenna, non solum quia præstantissima sit curandi ratio, sed etiã quod igne cõficiatur, cuius natura aquæ è regione contraria est. Sed ad propolitū redeo. hi abscessus fiūt plerunq; cerebro per eas partes, quod noxium est

est expurgante: doloresq; maximos inferre solent, & eorū cura propria est suppuratio. Igitur fomenta ex aqua calida cū exterius auocent nec repellant, cōcoquant & dolorem leniant, undiq; appolita ad curā esse uidentur. Quamobrem cum aqua in melancholia, comitali & capitis dolore ex calida causa rationem cure necessariā, quā solēt uocare sine qua non. tametsi multipliciter obtineat; in partotidibus certē est principalis, ac ut ita dicam, pene absolutam sanandi eas rationem obtinet. Quanquam eorū Auicenna quasi oblitus, aut generalibus regulis innixus non meminerit. In omnibus enim abscessibus, qui in locis sunt, unde principalia membra expurgari solēt, etiam ab initio triplicem ob illam causam fomenta, ex aqua calida sunt necessaria: in alijs uerò, dum amplius fluere materiam non uidemus. Neque refert, si calida in tepidam, ubi oporteat, transmutetur.

Sequuntur gingiuarum & faucium locorumq; adiacentium (nam eadem omnium ratio est) tubercula. Balnei natura extepi

da aqua, item potus acres humores mitigat, & auocat eos à supernis partibus ad infernas, ab intus ad extra. Sed & frigida, ut Ruffus inquit, gingiuas corroborat. Hæ enim cum ex carne laxa consistent, & mandendo etiam soluantur, maximè astringentibus indigent. nec ulla pars nostri corporis tã tuto potest astringi, nec tam necessario talibus indiget. Pectori uero ac illius partibus tum ulceribus, peculiari ratione calida cõuenit: expurgat, laxat, temperat æstum: quæ tria illis regionibus maximè conueniunt, cū earum usus ad hos fines met uideantur solum tendere. Nam laxatis partibus, facile halitus prauī excernuntur, aër purior abunde attrahitur. Refrigeratio autē ipsa pars est finis, cuius causa illa fiunt. At pectus ipsum, ne cor dicam, adeo calidum est, ut etiã à calidissima, quæ in potu aqua sumi solet, refrigerari possit: temperat etiam aqua humores illos acres, ex quib. pulmo nutriri solet. Expurgari autē ulcera utiliter quisq; intelligit, cū hæc sit unica eorum & certa ad salutem uia. Itaq; calida aqua tot modis his partib. &

dife

ficulitati spirādi etiā utilis est. Tū p̄sertim
peculiarī quadā ratione, cū pituitam hæ
rentem liquefacit & humectat, adeò ut
extemplo, cū antea nequicquā magnis
conatib. liceret educi, liberè uideamus.
Neq; uerò his solū morbis confert, sed ut
Rasis inquit, saniosis ulceribus ferme o-
nibus, auriū, nasi, palatiq; expurgat em̄
ea atq; exiccat, doloremq; mitigat, ut in-
ferius ostendemus. Palam est, & quonā
pacto tussi aqua tepida conueniat. Atq;
ego multis modis aduersus eam hoc pre-
sidio uti soleo, scilicet balneo gargariza-
tu, atq; etiam retentione ipsius aquæ in
ore. Quin etiam confert carni in naribus
genitæ, & abscessibus uulvæ. Quomo-
do aut̄ hæc atq; alia possit, iā nunc tēpe-
stiuū est dicere, imò nō dicere, sed ex Ra-
sis potius autoritate testari. Inq; tenim il-
le: Aqua calida cōfert p̄parando corpus
ad laxitatē, attenuat q; & liquefacit hu-
mores, & liquefactos educit: aperit, dislo-
luit, lenit, cōcoct, attrahit, mucosum hu-
morem sputumq; euacuat, nausēā repri-
mit, flatum disciuit, doloresq; in superio-
re uētris parte maximè mitigat. Nutrimē
ti

ti coctionem iuuat, & penetrare illud cogit, atq; ob id corpus ipsum restaurat & impinguat. Sensus uerò clariores & motus leuiores reddit, menses prouocat uisceribus capiti & neruis amica est. Laterali morbo & peripneumoniæ & gutturis abscessibus cordisq; palpitationi malignisq; omnibus externis humoribus auxiliatur. Vomitum excitat, compescit frigus & horrorē, symptomata quæ ex mortu accidunt quadrupedum mitigat, confert & erysipelati ac pruritus. Ac plerisque horum in potu, balneo atq; fomentis adhibita. Hæc ille. Quæ omnia & rationē ex superioribus declarata habent, & ostendunt sequentium causam: scilicet quomodo tot morborum aut plenā curam aut eius maximam partem perficere possit.

Idem quoq; refert, frigida potum conferre singultui, foetori oris, foetoriq; corporis tum suspurijs: nec ab re hæc omnia, nam humores corrigit & educit, putrediniq; illorum resistit, æstumq; membrorum naturalium tollit, quo sublato suspiria illa inuoluntaria cessant. Quid quod

quod magis mirum est, nutritionis imbecillitati, atque concoctionis uentriculi pauca ieiuno ebibita confert, aut enim malus humor concoctionem impedit, uentriculiq; uires labefactat: & tunc pauca aqua (ut superius dictum est) expurgat uentriculum: aut caloris innati inopia, etiam absque intemperie ulla uitiat opera uisceris: & tunc exigua aqua & longe paucior quam si ex redundantia humoris uentriculus laboret epota calorem in imum uentriculi cogitatque confirmat. Sit autem à dimidio uncie ad uncias duas in maximis corporibus. Ita confirmato uiscere, quid mirum est omnes functiones restitui: unde ex bona concoctione nutritioneque reparatus ac restauratus in integrum, etiam absque auxilio persistit, & munere suo recte perfungitur.

Sed noui quid dicturi sint ex Hippoc. Aqua sputum non prolicet, nec multo minus in laterali morbo auxiliatur. Recte inquam, si etiam recte quod obijcis, accipias. Epota aqua non potest sputum in abscessibus pectoris, multoque minus pulmonis prolicere, quod intus refrige-

retur,

geretur, & ut dixi, maior sit caliditas partium pectoris quam aquæ quæ bibi potest. Neq; igitur statim, neq; postquã bibit, sputum ualet educere. Adde quod humor qui peccat, naturæ aduersatur, scilicet sanies. Ergo calida pituitam educere potest, sanie non potest. Intus sumpta, nec in ore detenta morbum non leuat, sed fomentis adhibita. Sed & sic, & in ore contenta, saniosum sputum iuuat, educiq; facilius facit, epota inutilis est. Hęc igitur differentia concordiaq; est autorum, ipsaq; rei ueritas, qui quotidianũ experimentũ subscribere solet. Sed iam ad alios illius usus transeamus.

In cholera igitur morbo præstantissimum auxilium expertus sum potum aquæ tepidæ & nuper haustæ. temperat acredinem humoris, & ipsum tum per inferna, tum superna educit, uomitum efficit facilem: atq; ita undequaq; utilis est. Ego etiam in me ipso à fine morbi utilẽ inueni hyeme atq; æstate: lauat, humectat cogitq; uentriculũ & intestiua. Hoc est quod toties repetit Auicenna in cura huius morbi, & utatur aqua calida in potu:

tu: sola etiam addit. Facit & ad hoc balneum non parum, & maxime cum uel esuriunt ante perfectam purgationem, uel in declinatione morbi. Reuocat enim materiam contrario motu, scilicet ad ambitum & cutim ex centro: non tamen debet aqua esse calida, ne humorum motum cieat magis, & uires resoluat. Quam etiam ob causam non debet mora esse diuturna in eo. Alio etiam modo balneum conuenit somnum conciliando, quo nihil melius est in hac cura, ut cuiuslibet satis notum est. Propterea haud mirum esse debet, si aliam etiam rationem balnei Galenus libro de facile parabilibus inierit, scilicet: ut si quadrato linthabitu in frigidam demergantur. Ergo tot modis in hoc saeuo affectu aqua modo tepida, modo calida uel frigida utilis est.

In conuulsione nonne inquit Hippocrates: Est autem ubi in distentione absque ulcere, iuuenes bene carnosos, aestate media, frigide aquae multa perfusio, calorem reuocat. Calor autem haec soluit. Galenus in commento docet, hanc distentionem adduci pro exemplo frigidorum moru

morborum, qui à frigida aqua curantur.
 nā si alia sit causa, scilicet sanguis flori-
 dus aut uapor, nō tot conditionib. indi-
 get ut aqua frigida sanet ipsum. inferius
 enim docet, quod plurima aqua frigida
 large effusa leuat, extenuat & soluit do-
 lore, etiā in conuulsis. Duplici autē mo-
 do aqua frigida conuulsis opitulatur: pri-
 mū cogendo calorē intus, ex quo soluit
 ac diffilatur causa morbi. Et ut diximus
 in expositione Aphorismorū, Hippocr.
 ut reuocetur calor, sex conditiones adie-
 cit: sine ulcere, iuuenis, bene carnosus,
 æstas media, aqua frigida, & multa. Ut
 uerò sopiatur dolor, non tot requiruntur,
 sed tantum tres conditiones, aqua mul-
 ta, frigida, large effusa: nam sensim & si
 multa non adeo terret naturam, ut calor
 ac spiritus omnino refugiatur, membrū-
 que deserant. Dolore igitur leuato, cum
 dolor trahat materiam ad locum extenu-
 atur membrū ex qua extenuatione post
 modum soluitur dolor totus.

Hoc igitur siue Hippocr. uoluerit, seu
 ut etiam extenuetur dolor, quasi per tres
 gradus procedenti, liquet ex frigida con-
 uul-

uulsionem tolli maximè, si aliqua adfuerit primarū conditionū, ipsa prima prætermiffa, uelut q̄ sit æstas media, uel iuuenis, uel bene carnosus. Verum non sola frigida, quasi aliud faciente, sed per se etiam conuulsio balneo calidæ aquæ curatur. Hoc enim dicit Hippoc. ac sepius repetit, quāuis Auicēna haud meminerit. Laxat enim balneum tepidæ aquæ, atq̄ ideo conuulsionem tollit. Solum in conuulsione, quæ ē siccitate fit, balnei usum suadet. nam hoc si remedium est ullum, præsentaneum est.

Tremori etiam aque frigidæ usus in potu conuenit, ut refert Ralis Ioannitij auctoritate. Dico tremorem, qui ex uini potu ortus est, transitus ad aquā, adeo quandoq̄ bene curat, ut multis præstet medicamentis.

His etiā p̄dest, qui excrementa humida per cutim transmittūt, quorūq̄ calor est mordax. Tales enim iā morbosi sunt, atq̄ hos præcipuè balneū tepidæ iuuat, ut quinto de Tuenda sanitate Galen. docet. sicut & frigidæ potus, ut superius dixi. & sicut uersa uice infantibus ob naturalem

talem similitudinem, ut in primo eiusdem operis testatur.

Vtrum uerò etiã in superfluo cibi appetitu balneum aut aquæ potus, ut Ioan-
nitio & Rasi uidetur, non solũ quæren-
dum est an, sed etiã cur & quomodo con-
ferat, si modo conferre extstimemus. Cõ-
stat igitur primum, quod iuxta Aetium
& Auicennam, fames facta ex resolutio-
ne nimia aut raritate cutis, optimè bal-
neo aquæ frigidæ curatur, si curanda sit,
& insatiabilis uideat. nã cõfirmato cor-
pore & cute ipsa ex eo balneo densata,
cum parũ aut nihil diffletur corpus, ces-
sat etiã superfluus restorationis appeti-
tus. Quod si ex uermibus contingat, pa-
nis ex aqua frigida exhibitus, utilis est.
Rursus cum canina hæc fames infantes
& pueros uexat, post aceti reliquorũque
incidentiũ exhibitionẽ aquæ calidæ fre-
quens potus, ut Auicenna docet, pitui-
tam illam deijcit, uentriculumq; purgat
ac soluit morbũ. Quod si fuerit fames è
genere boulimi, seu eius quæ est cum sa-
tietate uentriculi, aut syncopi iuncta, tũc
multum iuuat faciẽ cum aqua frigida a-
sper;

ſpergere. Et generaliter calida aqua appetitū cibi ſuperflūū ex humorum acridine aut frigiditate peruenientē ſoluere ſolet: frigida uerò his auxiliat, qui deſectū potius q̄ abundātia nimīū eſuriunt.

Iā uerò in uentriculi imbecillitate quantum iuuat potus aquæ, tantum habebimus calumniantium: eorum ſcilicet qui putant excalefactos apud ignem calidiores eſſe, & abundantes multa pituiſta cruda humidiores. Etenim & in doloribus & cruditatibus & imbecillitate concoctionis aqua plus auxiliij afferre ſolet, quam uinum. Diximus autem & de hoc ſuperius, & nunc quoq̄ dicendū eſt. Dicebat princeps: Aqua calida uentriculum purgat, ſi à ieiuno ſumatur, & nunquam etiam uentrem ſoluit. Ergo & in doloribus pauca, frigida & flatum diſcutit, & morſum humorum coërcet, & calorem cogit. Vinum autem ſoluit, neque enim uinum conferre poteſt, niſi cū dolor eſt à frigida intēperie & abſq̄ materia, abſq̄ abceſſu, & cum imbecilli calore. In omnibus autē alijs caſibus aqua uino utilior eſt. Nā & fomēta ex calida &

illius potus flatū discutiunt. Discutitur enim flatus à frigido & calido pariter, & maximè si utrunq; excellat.

Simili fermè ratione & quibus urina retinetur, & quibus immoderatè fluit utilis est aqua: in diabete enim quid utilius esse potest balneo aquæ frigidæ: quo sanatū quendam medicum qui iā prope mortē deuenerat (etat ei nomen Augustinus Batalea Triuiensis) uidimus & iure id: nā frigide balneo qd utilius ad tollendū intemperie tam siccam q̄ calidā & totū confirmandū corpus esse poterat: Ommitto potū frigidæ cū uomitu. & qd omnia medicamēta cū aqua frigida exhiberi debeant: nā hic solū præcipua & maxima auxilia attingimus. Nō præteribo in morā, quæ pro uirtute patientis esse debet, & quantitātē ipsius aquæ: quæ quanto copiosior extiterit, & frigidior, tanto maiorē habet efficaciam. Ergo ut dixi, ut fluētē copiosius urinā cohibere aqua potest, ita retentā plicere cōtrarijs quasi uiribus Balneo ergo calidæ aquæ urina retēta, ut si q̄ alio p̄stantissimo auxilio, prolicetur. Verū immoderato usu, scilicet di-
uturæ

uturnioris moræ, vires debilitant: intem-
 pestiuo aut alia mala procreantur, mor-
 busq; in deterius p̄sepe agitur, & sine his
 etiam caput tentat. Oportet igitur caput
 eximere densa obducta, seu uelo, & neq;
 ultra vires sinere: neq; postquã compos-
 fueris uoti, sed statim eximere, scilicet cū
 iam pro ratione urinã æger emiserit. An-
 tequã aut imponas illū in balneū (quod
 etiã in omnib. alijs aque usibus p̄ceptū
 esse uolo) postquam is ualidissimi auxi-
 lij uicē gerit, seu balneo seu potu copio-
 se sit exhibenda, p̄purgatū esse corpus
 diligentissimē, seu medicamento, seu ine-
 dia, seu aqua ipsa aut diuturno balnei u-
 lu, aut sponte, aut alia quacuncq; uia esse
 oportet. nã quedã corpora, quod mode-
 rate uiuunt, aut q̄ calida & sicca sint in-
 temperie, uel alia quadã proprietate na-
 ture: uel quia cibis parum nutrientib. u-
 tantur, omnino neq; propter aquam, ne
 que propter aliud purgari postulant.

Quod aut ita sit, tertio de uictus ratio-
 ne in acutis docet Hippo. dicens: Balne-
 um lassitudines tollit, mollit articuloscu-
 timq; in ambitu corporis, urinas ciet, ca-

pitis soluit grauitatem & nares humēs
 ctat. Constat igitur, balneum ad urinam
 ducendam esse optimum auxilium, quo
 etiam Galenus utitur, & præsertim si la-
 pis adsit. Atque in eo quid præstantius
 potumultæ aquæ? quæ dum erumpere
 nititur, calculos quocumq; fuerint secū
 educit, præsertim, ut dixi, in balneo & te-
 pida. Quod si educere nō possit, motus
 illis rejicitur minore noxa, quam ullum
 aliud retineatur medicamentum, quod
 inefficax fuerit. Oportet autem ad xxx. li-
 bras assumere, si ualidæ sint uires, tum e-
 tiam plus. Medici autem ut aliquid præ-
 stantius facere uideantur, tum etiam for-
 san plerumq; defectu synceræ aquæ, ther-
 marum Lucensium exhibent: quanquā
 non adeo idoneæ sint, quod astringant.
 Verum postquam de balneo mentionē
 habuimus, subiiciendum etiam illius ge-
 neralem usum (nam proprii suis locis ex-
 plicabuntur) esse censui ex Hippocrate.
 Eius autem uerba paulò ante præscripta
 de hac re sunt hæc: Tectio opus est
 quod fumo careat, copiosa item aqua, &
 crebra lauatiōe: sed quæ non excedat,
 nisi

nisi res postulauerit. Neque etiam abstergere oportet, quod si abstergendum sit aliquando, calido aliquo atque multiplicitusquam existimetur utendo abstersorio, perfundendaque aqua multa, & celeriter post perfundenda. Via autem ad solium breuis sit, facilisque tum ingressus, tum egressus. Equi lauatur componat sese, taceat, & nihil agat: sed ceteros tam abstergere quam perfundere sinat. Multas quoque aquarum misturæ parentur, celeresque fiant perfusiones, & spongijs pro strigiliuantur. Et non ualde liccum perungant corpus. Caput uero spongia, quam maxime fieri poterit reliccare oportet: neque caput ipsū modo, uerū etiā extrema & quāuis aliā partē corporis à frigoris iniuria prohibere conuenit. Lauari præterea non debet, qui nuper sorpsit uel bibit, neque à balneo confestim sorbendum aut bibendum. Multum autem referre existimandum, quod æger dum recte ualebat balneum affectaret uehementer, & lauationi fuerit assuetus: nepe tales magis balneum appetunt, iuuantque ab eo si utantur, leguntur uero si loti non fuerint. Hæc cum

nimis perspicua sint, ut à me exponantur minimè indigent. Verum iam ad alios usus his qui dicti sunt, proximos transeamus. Omitto autem dubia atq; incerta, uelut quod potus aquæ ante cibum & à calculo præseruet & à podagra, imò iam factam curet. Illud satis constat, cuius etiam meminit Hippocrates in podagricis doloribus: multam & largiter effusam aquam frigidam dolores leuare, extenuare ac soluere. nam quatuor comoda affert, è quibus tria sunt constantissima. repellit enim materiam, membrum ipsum calorem reuocando confirmat, stupefacit, & si calida sit materia, tam illius intemperiem quam affectum in membro equat ac lenit.

Pari ratione cum multa sint lassitudinum genera in omnibus balneum non leue affert auxilium. nam concreta & dura emollit. redundantiam quoq; digerit ac discutit. Humectat etiam solida membra, quæ sicca sunt in lassitudinibus, teste Galeno. Cum uerò quatuor sint lassitudinis genera, ulcerosa, tensiua, phlegmonides atq; ossiosa: cuius Hippo. quar

to de uictu in acutis meminit, quãuis Galenus eam ad ulcerosam reducat. Igitur ulcerosæ balneum auxiliatur, quarto de Tuenda sanitate. Tensive uero, & ei qui phlegmonem imitatur, tertio eiusdem, uario tamen modo. nam huic balneum mediij temperamentij, uel etiam iusto calidioris aquæ cum longissima mora conuenit, reliquis ex tepida tantum, aut etiam remissioris caliditatis. Quippe iam antea docuerat, quæ cuiusuis sit aquæ, dicens: Tepida calefacit & humectat, quæ remissior est humectat & refrigerat: quæ iusto calidior calefacit, sed non adeo humectat. Sic uires balneorum ex dulci aqua Galenus paucis explicauit. Quas omnes, quomodo simul uno igne efficere ac temperare liceat, tum etiam illas miscendo superpositis sibi inuicem ahenis, in libris de Rerum uarietate, docuisse me memini. Porro cum non parum differant lassitudines affectusq; qui ex lassitudinibus comparantur, quique morbi iam initium obtinent. in ulcerosa quidem par ferme ratio est lassitudinis & affectus: nisi quod in affectu diuturniore

mora in balneo opus est, in lassitudine autem breuiore. Verum in reliquis non eadē est ratio, sed in lassitudine solis balneis opus est. in affectibus autem oportet prius sanguinem mittere, aut saltem purgare, ut succorum redundantia minuatur, inde balneum non ante adhibere. Memineris autem omnia balnea calida & temperata, aut etiā remissiora, modo frigida absolutē non sint, ieiunis & uacuo ab omni excremento corpore adhibenda, nisi perfrigeratis, quibus plus necessitatis quā utilitatis causa adhibetur. Nam in his neq; concoctionem tutō expectare, nec euacuationem moliri licet. Similiter & in densitate cutis balneum, sed non ex tepida, uerum calida, adhibere conuenit: affectus enim is ei quē perfrigerati patiuntur, similis est. Itaq; tot modis balneum dulcis aquæ conuenit. Sed cū de ossea lassitudine locuti sumus, postquam alibi locus non est, hic differamus. Fiunt lassitudines osseæ, quoties membranę quę ossibus circumducuntur affectæ sunt. Quod si citra punctiōem atq; erosionem, aut tensionem uel grauitate

tatem, ut plerunq; contingit, accidant, i-
deo fit, quia humor crudus ac frigidus
in illas penetravit. Quod si ita est, palam
& calidior, non temperato balneo eos
indigere.

Oculorum autem morbis quantum
conferat, etiam præter Hippocratis auto-
ritatem, dicentis: Dolores oculorum me-
ri potio aut balneum, tum reliqua Gale-
nus tertio Methodi medendi docebat
his uerbis: Vidistis me grauissimos ocu-
lorum dolores solo nonnunquam bal-
neo, & absq; auxilio oculis applicito, sa-
nasse. ibidē meminit etiam de alijs quæ
ab Hippocr. referuntur auxilijs. Sed hæc
dixisse uolui, ut Hippocr. dicta intellige-
rentur, & quod seorsum illorum auxilio-
rum, & in grauissimis affectibus memi-
nerit. Mihi uerò uidetur, quod balneum
in omni causa, non quemadmodum reli-
qua conferat, uerū tamen in quibusdam
non nisi corpore priuseuacuato. nam eo
casu non uideo cur auocando à capite &
a credinem humorum temperando, non
semper cōferat. Idē uidetur uoluisse Ga-
len. quanquam obscurius, & Auicen-
na

na clarè, cum dixit, quod aqua calida cōfert ophthalmiæ. est autem oculorum morbus qualiscunq; ^{δ φθαλμὸς} enim oculus est, tametsi propriè pro phlegmone intelligatur. At qua ratione phlegmoni cōuenit, etiam alijs morbis auxiliabitur. Sunt autem morbi oculorum supra quadraginta, itaq; quot morbis hoc unum prælidium conferat, satis intelligis: nec solum balneo, sed & fomento, ut dicit Hipp. quanquam hoc non adeo generale est, tamen magis efficax: demum etiam ut alias dixi, potu. Quot enim à diuturnis morbis oculorum aut palpebrarum sola uini abstinentia sanati sunt. Sed & si alius astricta sit, balneum eam emollit: siccata enim omnia humectat. Seu enim puluere, seu sole, aut igne, aut sulphureo balneo, aut labore uel uigilijs, quomodocunq; accidat, ex balneo corpus humectatur. Venter quoq; deiecit excrementa, ut Galen. testatur, atq; id ratione. nam post docuit oēs meatus balneo referari, & quæ in his cōtinentur humectari. potus etiam aquæ frigidæ multæ aluum purgat, ut quinto Epid. Pytho
clis

elis authoritate & in famula Onesidemi.

Quin etiam uoci solum ex defluxioni-
bus impeditæ, uelut superius docui. sed
& per se uel ex superflua exercitatione
laboranti, nihil magis conducere testatur
Galen. quam balneum, id addens: pho-
nascos scilicet, eos qui operam dant uo-
ci exercendæ assiduè balneis uti solere:
dabatq; exemplū de citharædis, præco-
nibus comædis, tragædisq;, qui non a-
lio magis utebantur auxilio, quā parci-
tis cibi atq; delectus, tum balneorum: ip-
sis uerò non tã uocis robur necessarium
erat, præterquā præconib; quam suauitas.
Vnde patet, non auertendo solū & in de-
fluxionib; sed per se etiam balneauoci o-
pitulari. Videtur aut; hoc contingere, q̄
quemadmodū superius dictū est, balneū
uniuersum corpus humectet: quo fit, ut
in omni sicca intemperie sit salutare, seu
calida, seu frigida, aut quauis causa exci-
tata, ut Galen. inq; in libro de Marcore.

In fluxibus quoq; balneum utile est,
qualescunq; ferme fuerint, quam mate-
ria in his intro feratur, balneum aut; exte-
rius auocet. Hoc est quod dicebat Gale.

quarta

quarta Aphorismorum: Balneæ calidæ
 purgationibus resistunt, quoniã ad con-
 trarium motus materiam ipsam dedu-
 cunt. Et tertio de Victu in acutis: Balneæ
 sistunt uentris profluuium, & humores
 reuellunt ab eo in uniuersum corpus.
 Nec solum fluxibus ex uentre, sed ad uē-
 trem balneæ profunt, dicebat Galenus
 primo ad Glauconem. Quis dubitat cū
 motus humorum ad uentrem intus de-
 ferat, humores balneum exterius auo-
 cet. Nec solum balneum tepidæ calidæ
 que, sed etiam frigidæ, ut Ruffus docet,
 tribus imò quatuor in casibus plurimū
 iuuat. primum, si fluxus ille fuerit ex bi-
 le: temperat enim frigidæ balneum cali-
 ditatem in membris noxiam: secundum,
 si sit ex purgatione, aut imbecillitate,
 quod tertio loco sit, aut quarto in pueri-
 lis puerisue. in omnib. enim his cū fluxus
 est, aut laxitas meatuum, aut humorū
 tenuitas, aut uirtutis contentricis imbe-
 cillitas, aut plura ex his. quare cum frigi-
 dæ balneum meatus constringat, confir-
 met membra, cogat humores, cui dubiū
 esse potest, qn̄ his cōueniāt adeo hoc au-
 xi-

ziliū, ut nihil possit esse accommoda-
tius. Quinimo neq; id mirum dici debet
quod ille affirmat, scilicet aquæ frigidæ
potum uentrem semper astringere, mo-
do immoderatus non sit potus, & aqua
salubris: quod ut dictum est, sæpius sem-
per supponitur: maximè autem conue-
nit, cum diarrhœa fuerit & ex biliosis hu-
moribus, atq; in assuetis uini potui. con-
traria enim ratione tunc efficacius pro-
dest Hippocr. uerò quinto Epidem. flu-
xus sistebat superfusa uentri aqua, ut in
Antimachi uxore.

Robur quoque addunt ac uires cor-
pori balnea. quod cum dicat Galenus
libro de Renum affectibus, ac tepidæ
ad nutritionem optima conducant, fri-
gidæ tamen in hoc casu sunt præstantis-
sime. Subijcit autem: quod uerissimum
est, At uiribus ualidis omnes morbi mor-
borumque causæ profligantur. Sed quo-
niam hoc commune est (licet non com-
munis sit quantitas utilitatis: quippe
neque à cibis neque potibus, neq; som-
nis aut exercitatione aut alia quapiam
re tantū incrementi uires accipiūt, quan-
tum

tum ex accommodato balneorum usus: (tamen si illa omnia si pretermittantur, aut perperam administrantur, plus afferant noxæ, ut balnea sint simul & securissima & utilissima) ad singularium morborum curam, atq; propriam etiam curam, per aquæ administrationem redeamus. Rur- sus ergo tumenibus hæmorrhoidibus, ut dolor qui maximus est sedetur, nihil balneo utilis est: & si anus ardeat, frigide fomento nihil utilius. Verum ad sanguinem tum hæmorrhoidibus, tum mensi- um proliciendum, quid tutius aut meli- us uel accommodatius balneo tepide ca- lidæq; ut etiam ad omnes sanguinis fluxiones aqua frigida superposita, locoq; balnei adhibita atque inspersa. Dicebat Hippocr. quinta Aphorismorum: In his frigido utendum est, ubi sanguis fluit aut fluxurus est, non ad ipsa, sed circa ipsa unde influat. nam si sanguis ex ulcere profluat, non tam tutum est frigidam loco adhibere ob dolorem: quem tamen si perferre poterit, adhibere conuenit: si non circum uicinis locis, & maxime ea parte, unde sanguis per uenas deriuatur in lo-
cis,

est, sed si sanguis ex naribus hæmorrhoidibus, utero præter rationem fluat, & citra ulcus uulnusue, quid prohibet etiam ipsi loco frigida fomentum & aspergionem adhibere? oportet autem tamdiu perseverare in talibus auxilijs, quæ præsentanea sunt, & qualitate manifesta opus suum perficiunt, quandiu sanguis sistatur, nam non est, ut in medicamentis, expectanda salus post cessationem ab auxilio. Hippocrates etiam quinto Epidemulieri quæ ob catapotium parum sanguinis euomuerat, & uenter intumuit, & spiritus sistebat, adeo ut quinquies pro mortua habita sit, xxxvi. amphoras aquæ frigida superfudit, & sanauit eam. Eadem ratione & in erysipelate non ulcerato, & in abscessibus rubris confert. Est autem ratio, ut cohibeat humorem ipsum influentem, & caliditatem & siccitatem illius temperet. In reliquis uero abscessibus, qui dolore ægrum torquent, incessus & fomenta ac balnea ex tepida modo corpus non admodum plenum sit, emollit illos, lenit dolores, ac soluit: unde fluxio, quæ plerumque comitari so-

let, statim post cessat. Hoc est quod Hippocrates docet quinta Aphorismorum. Sed & illud animaduertendum, alium etiam esse usum calidæ in abcessibus, postquam materia defluerit, ut concoquantur, & suppurentur: & rursus, ut in his aquæ potu utamur. Sed ut ad propositum reuertar, ad aperiendas hæmorrhoidas, ad menses in mulieribus prolicandos, quidnam salubrius tina & balneo tepidæ calidæq; aquæ: auocat enim ad locum humores & sanguinem, eosdem de in attenuat, oraq; uenarum aperit. Hoc norunt balneatores. ubi enim cucurbitulas applicare destinauerint, corpus primum calida proluunt. Hippocrates in libello de Hæmorrhoidibus, cum curare uult, tepida aqua illas fouet, aut calida. Proueniunt hæ uenæ, si Vessalio ac sensibus credendum est, à uena portæ in parte iecoris caua. Vena enim quibusdam, quibus hic sanguis abundat, digiti minimi magnitudine illinc exortur, quæ in sphericere se diuidit atq; diffundit.

Verum cum balneum ante cibum adhibi-

hiberi in omnib. oportere docuerimus, ne quis omnino illud inconcussum præceptum esse credat, licere quandoq; etiã à cibo balneum ingredi: & quando quomouere, docebimus. Igitur in sanis, qui negocijs astricti sunt, si solũ panem assumere uelint, uel etiam cum melle aut passis, licebit post sextam horam in balneũ ingredi, modo tamen ut ex hac consuetudine præcordia sinistra aut dextra grauentur, ut Galenus docet. In extenuatis uerò non solum licet, sed etiam conducit balneo admouere ægros post cibum assumptum. non tamen statim, sed cum e uentriculo cibus exire inceperit, id est, post tertiam horam. non tamen cibus is uulgaris sit, sed facillimæ concoctionis, & minimè uiscidi alimenti, cuiusmodi affellorum caro, & pullorum iecora, & gobij rursus pisces. Panis autem leuissimus omni ratione, totaq; cibi quantitas ualde parca. Et tñ uel sic consumere etiam præcordia expedit. Hoc uero compendij ex hoc ritu, ut ita dicã balnei, assequimur, ut impleantur ægri, atq; impinguent: uelut Gale. rursus docet. Cauere aut oportet

in hoc casu, ne balneum tepido sit, uel minime calidius, ne etiam ut refrigerare omnino possit. Quod si hæc tria seruentur, utiliter adhiberi poterit. Dico equidem, ne præcordia grauentur, ne aqua à tepore distet, maximè caliditatē uersus, & citibus hora qualitate quantitateq; talis sit, qualis esse debeat.

Cæterum ut ad ordinem redeam, in uermibus etiam utilis est aqua, & maxime pueris & sitientibus & calidioris temperamenti, uel saltem pinguibus ut nihil melius, quod etiam norunt mulieres. oportet autem repente haustam multam, & simul sensim exhibere, nam ex frigore illo & humore partim disrumpuntur, partim infra dilabuntur. Sedes quoque qua nutrirī solebant, & ipsa deicitur, qua sublata dispereunt. Verum si sensim dederis non arduū erit, quin nutriantur uermes, & grauiorem morbum efficias. In ardoribus etiam non solum uentriculi, sed membrorum omnium interiorum, & qui cū erysipelate sunt, nullum medicamentum absque frigida dari debet, quod etiam Marcellus insignis medicus adnotauit.

adeo

Ad eò enim natiuo calori familiaris est & amica, incendiario autem contraria & aduersa. In pruritu, ut docet autor libri de cura icteri: Balneum calidæ euocat uapores, & pruritus sedat ac tollit. Solet etiam omne tepidæ aquæ balneum pruritus mitigare. Cohibet & eadem ratione seminis fluxum, & libidinis incendium, non exiguum malum. Quidam enim, ut Galenus refert sexto de Tuenda sanitate, multum seminis colligunt: quod si excernant, multum læduntur, imbecilesque euadunt, fiuntque sicci, graciles, pallidi. Si uero non excreuerint uigilijs infestantur, quod Galen. prætermisit, cum tamen maximum, ut talium, incommodum. Præterea & ut ille dicebat, grauantur capite, stomachique fastidium sentiunt: nec tamen ex continentia multum iuuantur, cum plerique per somnum non minore iactura semen effundunt.

Addo aliud quod sæpe uidere cõtingit, hosce uiros cum tanta seminis copia aduenerem, ob flatum defectum, esse impotentem. Quid igitur his omnibus magis cõducit frigidæ potu & balneo plusquã

GGG ;

etiam

etiam tepidæ æstum renum refrigeratio-
 ne, in aqua corrente uelut fonte aut riuo
 demissione quoq; testium in frigidam
 aquam. His auxilijs tentigo superflua
 curatur, membrum melius tenditur, &
 somnus conciliatur. Quod si quæ prin-
 ceptis medicorum docuit, quæque sunt
 scelestissima, cum hoc uno quod sola a-
 qua constat conferantur, inueniet plus
 esse uirium in sola aqua, quam in uniuersa
 ferme medicamentorum materia. Ad
 iuuat præterea hæc demissio testium, in
 aquam nuper e fonte haustam, immode-
 ratam omnem sanguinis fluxionem un-
 decunq; proueniat, & eos qui animo lin-
 quantur recreat. Et, ut dixi, ac Ruffus eti-
 am testatur: Inuoluntarium seminis pro-
 fluuium aqua super renes largiter perfu-
 sa, & balneum frigidæ, & immissio testi-
 culorum, sanare potest.

Ad eos uerò qui syncope laborant, seu
 ob oris uentriculi æstum, seu ob calidi-
 tatem balnei, ut primo ad Glauconem
 tradit Galenus, præstantissimum auxili-
 um est frigidæ perfusio, tum etiã potus:
 retinere quoq; eam in ore, non parū con-
 fert.

fert. Hæc autem talia sunt, ut in his casibus nihil aliud querere necesse sit. Porro etiam in alijs omnibus lapsibus uirium, seu animi, seu uitalis facultatis, plurimū prodest aquę frigide inspersio. Si sanguis mittatur, donec frigida in ore continetur, homo non linq̄uitur animo. Multo autem magis frigide inspersio cōmoda est, si syncope ob sanguinis fluētis copiam accidat. Et Auicenna: Balneum utile est ei qui syncopem patitur ob diarrhœam uel choleram, aut uomitū ex uentriculi inflammatione.

Porro in medicamentorum assumptione quot modis nobis auxiliatur aqua? primum, si quis uomitu tenetur aquę frigide inspersione, & impositione manuum in frigidam, contineri solet medicamentum: deinde si non operetur, Auicenna suadet ut modicum aquę calide in potu detur. accelerat enim, & auget opus illius, nec solum calida, sed etiam frigida hoc efficere solet: multa non tuto, pauca securissimè potest exhiberi, atque tuto. frigiditate enim quę illi inest, tum potestate, qua etiã

cogit, motus est quasi contrarios, purgationemque accelerat & auget. Idem si immodicè purgauerit, exhibita tepida, soluitur uis purgandi. Simili quasi ratione si quis cibo nimium grauetur, statimque uomitu prouocato non euomat, calidam aquam paulatim bibat, inquit Auicenna: cibum enim descendere cogit, & somnum conciliat. Pari ratione noxam aceti uini que temperat, atque ebrietatem soluit: uomitu, refrigeratione, humectatione, somno, purgatione per aluum, & urinas sedando molestiam & ardorem illorum positum: nec solum eis permixta, sed etiam multo post copiose ebibita. Ego uero & illud animaduerto, quod uomitus si quis ad ipsum paratus sit, nullo faciliore aut efficaciore praesidio excitatur quam tepida potu, ut etiam in uita Aesopi narratur. Unde etiam in uenenis praesens est auxilium potus aque tepidae: oportet autem assidue bibere atque reijcere. Vbi uero reseceris, gula, os ac uentriculus, si calidum sit uenenum, exoriantur, ita ut neque edere bibereque, aut dormire possint: sentiunt autem ardorem & sitim intolerabilem.

tolerabilem, neq; quicquam melius etiam in hac aqua. Craterę imponatur rete: impleatur aqua, & super rete pronus ore aperto quiescat, ardor mitigatur, sitis extinguitur, somnus conciliatur, spiritus recreantur. oportet autem assidue aquam mutare, nonnunquam exhaurire ac reponere. Constat ex hoc usu quippiam melius esse in aquis subterraneis, quam aere, forsan quod motu, cum terra non fuerit uitiata, melius quam exposita concoquatur. nam qui a deo aerem probant non uidentur quippiam laudare, nisi quod supremam superficiem tangat. Tot igitur modis aquę usus nobis est salutaris, nec ratione solum inuenta, sed experimento comprobata refero. nam pater meus cum auripigmentum album iuuenis a iuvene discipulo, ut ille aiebat, haussisset, sic tandem utroque usu aquę post triduum liberatus est. atque etiam huius inuenti gloria sit apud illum. Si enim patrem propria laude spoliauero, cui fidelis esse possum? Nuper uero cum Albertus Triczius Torigus, e Lilla urbe sal Ammoniacum ad necem haussisset,

Ammoniacum ad necem hausisset, a quæ potu seruatus est: ac frigida magis leuatus, quam ullo medicorum auxilio. Hippocrates uero adeo in uomitu ex frigida aut calida confidit, ut quinto Epidemiorum referat, uxore Antimachi, quæ mortua est, potuisse sanari, si ab aqua euomisset.

Quid uero dicam de usu eius in his qui à cane rabido aut lupo sauciati sunt: affert ignis salutem, sed in deploratis frustra illius opem tentaueris, etiam omisso maximo cruciatu. appello deploratos, quæ iam aquam & unicum præsidium odisse cœperunt: iuxta illud poëte.

Nec formidatis auxiliatur aquis.

Ergo primum omnia auxilia, antequam Tantalea siti teneatur, Galeno teste, cum frigida aqua exhiberi debent. Quidam etiam philosophus, cum iam ad aquæ timorem ex hoc morfu peruenisset, ut narrat Dioscorides, balneum constanter ingressus, liberatus est. Eorum uero qui iam deplorati sunt, curam ex Celso transcribere libuit, ut quemadmodum in adagio est, fides sit apud auctore.

Et

Et ut Iurisconsulti dicere nunc solent, Sponsio sit pro dato meo & facto tantū, non ex communi forma. Eius igitur uerba sunt hæc, dum illius morbi curam tractarent: Sed unicum tamen remediū est, nec opinantem in piscinam non ante ei prouisam proijcere.

Et si natandi scientiam non habet, modo mersum bibere pati, modo attollere. Si habet, interdum deprimere, ut inuitus quoque aqua satietur. Sic enim simul & sitis & aquę motus tollitur. Sed aliud periculum excipit, ne infirmum corpus in aqua frigida uexatum, neruorum distentio absumat. Id, ne incidat à piscina, protinus in oleum calidum demittendum est.

In morbo quoque laterali atq; peripneumonia, ac ex his generaliter omnibus pectoris abcessibus, quam utilius, quam necessarius (quem tamen communiter prætermittunt) sit aquę usus, nunc dicendum. Hippocrates tertio de Victu in acutis inquit: Peripneumonię autem magis quam ardenti balneū confert nã lateris pectorisq; ac dorsi mulcet dolores

lores, sputum maturat, educitq; & spiritum facilem reddit. Dicebat Galenus in commento, quod Hippocrates precepit in peripneumonia, intelligendum certius in laterali morbo, cum peripneumonia tam lateris dolore careat, quam etiam pectoris, ut deficere aliquid scilicet (morbo laterali) in textu arbitretur. Tempus autem lauacionis infra docet dicens: Hippocrates cum tota utuntur ptisana, magis balneum conuenire, non tamen simpliciter tunc solum ut Galen. exponit, sed magis. Ergo Galenus in declinatione, Hippocrates etiam in statu non solum in declinatione conuenire affirmat, sed in declinatione magis, securius ac longiore mora. Quod uero dicit de his abscessibus Gale. censet & merito, de omnibus partibus pectoris: ego uero de omnibus internis intelligendum reor sub eadem conditione temporum morbi, scilicet flatus aut inclinationis. nam licet non possit excretiones iuuare saltem dolores leuabit ac mitigabit. Unde princeps quartadecima tertij de Abscessu iecoris suppurato loquens, inquit: Et

Et oportet, cum suppuratus fuerit, ut assidue utatur balneo aquæ calidæ. quæ sententia etiam fuit Ralis. Ex quo coniectura assequor, expedire etiam balneum in incremento abcessuum, modo corpus sit præpurgatum. nam cum duæ sint causæ incrementi eo tempore in abcessibus, motus materiæ & dolor, quantum balneum motum materiæ augendo efficit, tantum imò plus iuuat dolorem faciendo. Præterea etiam ad contrariam partem ducit. Solum igitur meo iudicio excipere oportet illos quos Hippocrates excipit, cæteri uerò & quotidie & diu, modo assueti sint, etiã ab initio morbi balneo repide uti debent. Qui ergo in balneum ducendi non sunt, sunt quibus uires languide sunt, quique nausea bundi aut fastidientes cibum, aut biliosa eructantes, uel aluo astricta, aut nimium soluta, aut quibus sanguis e naribus, quantum oportet, aut iusto plus fluxerit. His tantum ergo quatuor exceptis, balneo illos per omnia tempora, sed magis semper procedente morbo uti oportet. Quod si Galeni sententiam
magis

magis probas, quam Hippocratis in declinatione. Quamquam & Galenus ipse paulo post etiam inmixto tempore illud admittit. Voco tempus mixtum, cum adhuc eger cum sputo cocto symptoma tibus grauioribus urgetur, quia morbus partim est in augmento, partim in declinatione.

Verum quia prepurgatum semper supponimus, ut dixi, corpus in balnei usu, dubium est an in plethora conueniat: imo dubium non est, cum ipsam plethoram balneum curare atque sanare soleat, modo nullus morbus adsit. nam si sit quis, dubitat tunc non esse periculosam balnei exhibitionem, cum antequam per balneum plethora minuatur, morbus in immensum possit augeri atque interficere. Aliter autem sanis corporibus non parum conducit. Dicebat Galenus: Plethora (supple ex antecedentibus uerbis, si sine morbo ac dolore fuerit) tribus aut quatuor diebus, inedia, frictio[n]ibus ex balneis multis, curatur. Et rursus tertio decimo Artis curatiue inquit: Plethora curatur sanguinis
 mis-

missione, tum frequentibus balneis, exercitatione, digerentibus medicamentis & inedia. Idem secunda Aphorismorum, sed ex sex presidis ibi digerentia medicamenta prætermisit, ipsaque balnea, non ut in Arte curatiua secundo, sed quinto loco collocauit. In cæteris consentiunt, quod scilicet ad euacuandæ plethoræ rationē attinet. oportet igitur balnea esse frequentia, & paulo tepidis calidiora, aliter tardius plenitudinem ipsam sanant.

In febribus præterea omnibus, tū per genera, tum per species ipsas, enumeratis, quantam utilitatem hæc afferant, atque primum generaliter nunc dicendū. Galenus enim in libro de Marcore ait: Febri quatenus febris est, balneum semper utile est. lila enim semper sicca, hoc autē seu excalefaciat seu refrigeret, semper humectat. Quippe duæ sunt præcipuæ balnei in febribus omnibus utilitates. Decimo Artis curatiuæ: Fuliginosorum excrementorum euacuatio & deductio totius corporis ad symmetriā, scilicet ex immodica caliditate atque siccitate

te ad temperamētum, tā in solidis quam in spiritibus atq; humoribus, adeo ut si nihil obstat, statim febricitans in balneum ob tam egregias atq; presentes utilitates sit inducendus. Definit autem post quibus non conuenit balneum, scilicet his tribus, uel si dum ingreditur illud in horreat, uel si uires sint imbecilles, uel corpus crudis humpribus plenum, addimus nos iuxta illius sententiam quartam obseruationem, quę non ad egritudinem differentiam, sed temporis morbi pertinet, scilicet ut in declinatione accessio- nis fiat, seu accessio ipsa cum typo fuerit, ut in intermittentibus, seu similis in compressę annotationis, ut in semiter- tianis, alijsque continuis proportionem seruantibus. Porro imbecillitas ipsa aut totius est, ut uires facile resoluantur, aut membri, alicuius principalis, tunc que periculum est ne humores in illud confluant, ideoq; in neutro horum balneo uti tutum admodum fuerit: aut partes ignobiles, ut cutis artus, sedis locus, adenes erunt infirmę, tūc q; tātū aberit ut balneum sit inutile, ut etiā utilius multo sit

fit his, quàm illis qui toto corpore robu-
stiores sunt, & alioqui inculpata ualetu-
dine. nam in illis facile natura balnei au-
xilio materiam febris in infirmum illud
membrum detrudens, totum corpus li-
berabit.

Enarrat autem Galenus in libro de
Causis procatarticis tres ægros, qui cū
febricitarēt, nullo alio usus auxilio, nec
expectato ut genus, nedum febris spe-
ciem dignosceret, sed solo usus balneo
dulcis aquæ, ne febris amplius rediret
prohibuerit, atq; ex toto singulos cura-
uit. E quorum numero atq; ordine pri-
mus Menander fuit. Sed uerisimile ta-
men est, illas febres ephemeræ fuisse.
Propterea de illis agendum est. Igitur
cum primum febris inuadit, & declina-
tione statim nec semel, uerum crebrò la-
uādi sunt, ut Galenus docet octauo Ar-
tis curatiuæ. Vbi etiam frigidam in po-
tu exhibet. Quod uero de meatuum cō-
stipatione docuerat, idem etiam paulo
post dicit de ephemeris, quæ exustione,
ira, tristitia, uigilijs, lassitudine, curis ac
HHH refri-

refrigeratione proueniunt. Neque enim solum hos lauare & copiose & laxius, sed etiam statim prestat atque oportet: non tamen ita eos qui ex obstructione laborant. nam euacuare antea decet, inde lauare in declinatione accessionis, modo inter lauationem & sequentem accessionem tres horæ intercipientur: nam sub accessione ipsa lauare minimè decet. Quod si ob cruditatem aut pubones simili ratione, ut si ex obstructione diaria euenerit, non nisi sublata magna causæ parte, aut per euacuationem aut per coctionem lauare conuenit, conuenit tamen & ut in reliquis atque necessaria est. magis tamen balneo indigent siccæ, seu natura, seu habitu, seu morbo ipso aut causa morbi, quam humidæ. Ergo balneum est utilissimum, cum calorem mitiget, humectet corpus, & somnū prouocet. Atque his duobus in hecticam primo, inde in putridam transitus prohibetur. Ipse uerò in primo libro ad Glauconem unius rei diligentur nos commonefecit, maximè necessariæ, dicens: Omnibus

nibus quidem diarijs febribus balneum
(ne quis ob alibi dicta de aliquibus du-
bitaret) necessarium est. Cæterum qui
ex bubonibus aut constipatione labo-
rant, his non inutilis etiam est aër bal-
nei, reliquos autem ab aëre statim remo-
tere oportet: in ipsa uero aqua quan-
tum uoluerint permittantur, atq; etiam
quæ ex bubonibus laborant. Ita hi & in
aëre & in aqua commorari poterunt
diutius.

Manifestum est autem ex his, alium
fuisse antiquitus ordinem balnei, quàm
nunc fit in usu: atque in eis mos hic ha-
beatur, ex Galeno adijciendum ad uer-
ba, ut dici solet, curauit. Is igitur decimo
Artis curatiuæ inquit: Prima pars bal-
nei, quæ admodum calida est, & absque
aqua calorem per totum corpus æqua-
liter fundit, excrementa euacuat, exi-
guos meatus aperit, tensa relaxat, densa
seu concreta fundit: Secunda autem
quam lauacrum propriè appellabimus,
in qua sicut ex humectatione iuuatur,
sic ex calore nihil illis cōmodi accedit.

HHH 2 Acceda.

Accedamus & ad tertiam, in qua & refrigerantur innoxia, quæ fuerant excalēfacta, & uires firmantur. Si qua uerò & rarefacta, & iusto plus sunt laxata, ea in naturalem redeū mediocritatem: id quod quarta balnei pars indicat. Quippe quib. omnia ritè sunt adhibita, n̄ post frigide usum adhuc sudant, & omnia ipsis excremēta uacuātur. Itaq; ex omnibus quæ de balneis retulimus, una summa colligitur, quòd uacuatur quidem, quicquid in corpore uel fuliginosum, uel humidum fuit. consistunt autem in naturali symmetria, tum caro ipsa tum cutis: solidarum partium ariditas corrigitur, & calor non modò is qui ex lauacro accessit, uerùm etiam qui prius fuit ex frigide usu submouetur. Maximo huius rei documento est status, qui ex huiusmodi balneo redditur, postquam in sole feruente iter fecerimus. Quippe accedimus ad id, ne loqui quidem prælinguæ & faucium ariditate ualentes, totumq; corpus stipulæ ritu aridum habentes. At egressi è frigida, ilico omnia
pro

pro naturæ habitu recipimus, nec febrili calore uexati, nec siccitate afflicti, promptè quæ loquentes, ac plurima sitis parte leuati. An igitur euidentius adhuc balnei uires in sicco et calido corporis affectu cognoscere desideras? Ego sanè non arbitror. Licet autem, cui placeat, experiatur quod incommodum sequatur, ubi tali peracto itinere non lauerit. At enim statim febricitabit, aut multo plenus tædio, grauato scilicet capite, perseuerabit, potissimum si frigida calorem nondum extinxerit. Liqueet igitur, quatuor fuisse in singulis balneis partes, in quarum prima quam iuste uaporarium appellare licet, non mediocri calor sine aqua, perfrigeratos tepes faciebat, æstuentes in lassitudinem aut phlegmonem, uel constipationem atque exinde in febrem ne inciderent prohibebat; In secunda quæ lauacrum dicebatur, calidiore aqua lauabantur: in tertia tepida: at in quarta frigida, uigebaturque. Nostra ergo balnea non sunt, in quibus

HHH ; cau-

caustum licet à feruore nominare, calida, tepida & frigida admouentur, aëre cum ambabus postremis pugnante.

Si quis ergo balnearum usum reuocaret, non parum ad salutem hominum fecisse uideretur. At has quæ nunc pro balneis habentur, non solū omnino inutiles esse censeo, præterquam ad mundiciem, sed utilitatem longe inferiores lotionibus pedum ac manuum. quibus si quis diutius insistat, ad reuellendum nō parua est efficacia, absq; corporis calefactione. nihilo tamen magis possunt ea quæ balneum, sed tamen tepesciunt corpus citra noxā. Sunt enim irrigationes, embregmata, lotiones, fomenta, infusus, fatus, omnia balnei iuste administrati quasi partes. Sola instillatio aliquid plus eo potest non tamē omnis, sed quæ uehemēs ac diuturna. nec planè instillationis nomine digna, nisi quæ tenuiter infunditur. Ceterum & procul et cū impetu quæ uim balnei superare potest. Sed ad rem redeo, putridis omnibus febribus, tepida pro balneo, frigida pro
potur,

potur, ni aliud obftet, conuenit. Ita defini-
nit Galienus libro de Marcore: cenfet q̄
hæc tanquam principalia præfidia. Ve-
rùm duo funt obseruanda, quorum alte-
rum utriq̄ auxilio cõmune est, scilicet
ut non nisi constante iam coctione adhi-
beantur: in reliquo discrimen est nõ par-
uum inter hæc auxilia, cũ balneum tuto
semper, potio frigida non semper adhi-
beatur. Periculumq̄ quod ex balneo
succedit, etiamsi diu quis immoretur,
admodum leue sit comparatione peri-
culi, quod ex immodica frigida exhibi-
tione subsequitur.

Iam igitur omnibus putridis febr-
ibus frigida potio & tepida balneum cõ-
uenit, sed non tamen æqualiter. siqui-
dem tertianis atq̄ ardentibus magis, his
autem quæ ex pituita funt, minus hæc
auxilia & maximis frigida potio sunt
necessaria. In exquisita enim dicebat pri-
mo ad Glauconem, non solum semel &
bis, sed etiam pluries, si delectentur, la-
uare ægros licebit, imò etiam si uelint, il-
los in aqua natate permittes. Similiter
HHH 4 in

in accessione sine, dum uehementer sitiunt, frigida potius sudores & urinam ciet, ut experimentum ostendit, refrigerato etiã & humectato corpore. Porro quoniam multis forsã arduum uidebitur, in quartanis balneum adhibere, quasi Galeno reluctante, sciat illum loqui de initio, ut ipse testatur, & tamen tunc etiã permittit. At quomodo balneum concocta materia, uel in quartana uel quotidiana aut alijs intermittentibus febribus pertimescemus? cū qui his febribus laborent, uigilijs torqueantur, & attenuantibus indigeant, urinãq; ac sudores prouocantibus: quibus omnibus balneum auxiliatur. somnum enim conciliat, humores attenuat, & sudores atq; urinam prouocat.

Restat ergo ut de ardentibus nunc febribus dicamus, quarum maxima curæ pars tum ex balneo tum frigida potione pendet. Verũ longè magis ex frigida potione, ut undecimo Artis curatiuæ docebat Galenus iuuantur ægri in ardentibus febribus, quàm ex balneis.

Tres

Tres igitur solū postulat ad exhibēdam aquā frigidam conditiones: quòd febris sit ardentissima quòd signa coctionis appareāt, quodq; uires sint robustæ. Adijcit uero quid mirū, dicens: quòd si æger ipse bono corporis habitu sit, scilicet bene carnosus & tempus anni calidum ac siccum demittendo egrum in frigidā etiam natationē, minime læseris. Quippe qui hac opportunitate usi sunt, omnes sudarunt, quibusdā etiam aluus biliosa deiecit. Auicenna uero quantitātē aquæ exhibendæ in hoc casu definiuit refrigerationē corporis atq; calorē extinctionem, natationis autem haud meminit: sed rē duram ac periculosam existimauit, quòd suā ætate iam iusta balnearum administratio desierat. Ipse ergo conditiones omnes natationis potui adiecit, præter eam quæ ad tēporis qualitatem attinebat, cuius loco consuetudinem posuit, & ut uiscera abscessu carerent. ita ut apud illum sint sex conditiones exhibendę aquę: robur omnium uirium & membrorum interiorum, &

maximè iecoris & uentriculì, febris ex humore calido, concoctio materiei, consuetudo bibēdi aquā frigidam, habitus carnosus, & ut nullus sit abscessus in uisceribus. Adiecit & septimam, ut non sit dolor in neruis, quæ minima est omnium. Sed non solum in ardentissima febre, quæ fit à bile, uerùm etiam in sanguinea ubi reliqua adsint, frigide aquæ potum collaudat. Quomodo autem corpus perfrigeratum & calorem extinctum intelligat, se declarat dicens: colorem uultus uiridem fieri, & hominem tremere. Ergo ubi res bene cedat, aqua aut uomitu uel per aluum uel urinas uel sudores humorem peccantem educit: uel si id non succedat, transmutata febre in mitius genus ac diuturnius egrū à mortis periculo liberat. Ego uero cū tres ardēte febre laborātes sic curaueri omnes eadem die liberaui, qua aquā exhibui.

Pari etiam ratione in pestilentibus febribus præstantissimum auxilium ab aqua expetitur. Aetius libro quinto, Ruffi auctoritate id docet. Oportet autem

tem confertim ac copiosam haurire. cui
sententiæ Rasis Ioannitiij authoritate
subscripsit, dicens quòd confertim epo-
ta caliditatem extinguit, sensim nõ pro-
dest. Aqua enim frigida potens est au-
xilium & naturæ amica, si copiosè biba-
tur mouet humores, & naturæ auxilio
uenenum cum illis expellitur, maximè
tempore æstatis: in quo quamuis Gale-
nus & Auicēna huius occasionis haud
meminerint, tamen in ardente febre &
sanguinea etiam, si contingat exhibitio
aquæ, longè plus proderit & tutius ex-
hibebitur, & facilius feret æger: etenim
meatus erunt magis patentes, & frigo-
ris noxa magis temperabitur, quam ali-
is temporibus. Neque uerò solis febrim
commoda est frigida, sed etiam il-
lorum symptomatibus, quęcunq; ex ip-
sa tanq; morbo proueniunt. Siquidem
merito, cū dicat Hippocrates, quę pro-
ueniunt ex una causa, curari è contrario
illius causę: at nihil tam contrariū febrim
esse potest, quā aqua frigida, ut ratione
nõ indigeamus ad hoc demonstrandum.
Quæ.

Quæcunq; igitur symptomata à febre
 ortum habent, potu aut balneo frigida
 curabuntur. Velut sudor superfluus,
 qui curatur positis pedibus manibusq;
 in aqua frigida. Et rigor uehemens bal-
 neo calida, tum etiam potu; & sternuta-
 tio & ciborum odium, quod potu cali-
 da aqua sanatur, aut uomitum provo-
 cando, aut alium subducendo. Et syn-
 copis, quæ curatur ponendo manus &
 pedes in aquam calidam, ut docet Au-
 cenna. Et inquietas, quam iuuat lectus
 positus iuxta euripos & fontes. Licet
 & arte imitari naturam, dum somnum
 cadentis aquæ fingimus. Frigus quoq;
 uehemens & diuturnum extremorum
 membrorum, quod calidæ balneo cura-
 tur. Tum difficultas spirandi & deglu-
 tiendi, & nigredo linguæ, quæ si perse-
 ueret, solet (ut Auicēna inquit) esse cau-
 sa abscessus cerebri uel membranarum
 eius. & manifestum est, quod curatur
 ablutione frequenti cum calida deter-
 gendo, inde lauando cū frigida aqua. Et
 similiter hecticis nihil melius est aqua
 frigida

frigida, tum in potu tum loco balnei.
Sed de frigida in potu cum conueniret
ephemeris putridis pestilentibus absq;
discrimine, tum hecticis: poteram eum
usum inter auxilia cōmunia omnibus
febris quemadmodum & balneum
commemorare: sed nō licuit, quoniam
hectici quidam non ferunt illam. Qui-
cunque enim iusto plus contabuerunt,
non resistentibus uiribus (hī sunt qui pri-
mam speciem excessere) succumbunt.
Verū balneū frigidæ, ut decimo Artis
curatiue Galenus docet semper est salu-
tare, etiā in deploratis casibus. aut enim
illos curat, ut quibus nondū solidæ par-
tes cōsumptæ sunt: aut si sint, in senilem
habitum illos mutat. Quod si qui hoc
iam salutari præsidio curari nequeunt,
ne hī alio prorsus curabuntur. Vt con-
stet hoc auxiliū & optimum esse, &
securissimū, atq; etiam efficacissimū.
Sed quonam pacto sit adhibēdum, non
mihi melius scribere, aut maiore cum
authoritate posse persuasi, quā si ex
Galeno ad uerbum hæc ipsa etiam desu-
merem

merem. Is igitur superiore loco, & ubi hanc curationis rationem diligentissime tradit, hæc habet: Quicumque hectica febre laborant, atque ex his præcipue qui iam marasmodi hectica febricitant, modo his nulla alia febris uel ex sola putredine humorum, uel cum phlegmone sit adiuncta, eos omnes audacter lauabis, sed prorsus citra omnem laborem, ne uires resoluas: quod ipsum cum noceat uehementer, occasio fit balnei culpandi. Quod citra laborem dixi, id ita intelligo. Volo æger in balneum super lectulo deportetur, in cuius prima è tribus domo nudetur ac transferatur in sindonem calentem promptè in idipsum paratam, sint autem quatuor qui hanc teneant à quoque sine unus. Ac siquidem prima domus satis calida sit, æger in ea nudatus in secundam portetur: sin tibi frigidior uideatur, non nudus, sed cooperatus, uel alia sindone minime frigida, uel tali aliquo inuolucro. Constat autem & sindonem eam qua portabitur, esse ualentio-
 rem oportere: aut si imbecilla per
 se

se sit, duplicari eam erit satius. Esto autem media domus non tantum situ media, sed etiam temperie, tanto scilicet prima calidior, quanto est tertia frigidior. In hac domo oleum tepidum esto, quo æger super sindone illatus, protinus perfundatur. Hoc facto tertiam ingrediantur domum, ducantque hominem ubi solū est sic, ut per tres balnei domos duntaxat transierint: per quas nec celeri gradu transibunt nisi qui ægrum portant, sed tantisper in prioribus domibus morabuntur, dum in altera transferatur tantum à lectulo: in media uerò, dum perfundatur oleo. Esto autem & aër cuiusque domus nec summo calore, nec etiam frigens, sed admodum temperatus, & modicè humidus. Id fiet, si aqua temperata ex labro sic liberaliter proiecta, ut perfluat per omnes domos. In ipsa uerò solū aqua mediocriter moretur. Idque in sindone sustentus, nulla infusione aquæ, cuiusmodi in alijs uti solemus adhibita. Imo nec capiti eius infundi quicquam uelim, cum sit satis id quoque
bis

bis terūe una cum toto corpore in aquā
 mergi, demissa mediocriter deorsum
 sindone, ac rursus per quatuor iuue-
 nes qui eum portant leuata. Mox hinc
 deductus in frigidam, semel totus tingu-
 tur, ne uel breuissimo quidem spacio il-
 lic moratus. Porrò qui eū portant, tum
 reliqua omnia curiosè esse edoctos con-
 ueniet, tum celeritatem tingendi, non
 documenti modò: uerum etiam præce-
 pti loco præter cætera habere. Protinus
 uerò alter paratam habens sindonē ipsi
 iniiciat, ac deinde aliam, tum in lectulo
 collocatus primum spongijs detergea-
 tur, deinde mollibus lintheis. Nec com-
 mittent qui cum detergebunt, ut uio-
 lentius cum contrectent: sed quoad fie-
 ri potest, blandissimè. Post hæc unctum,
 ac uestibus amictum, rursus super lectu-
 lo in domum ubi cibatur, reducent ac
 nutrient. Sanè dictum suprà est in ho-
 rum commētariis septimo, ubi sic-
 cam uentriculi intemperiem sanauim-
 us, domum balneo debere coniungi.
 Hæc ille. Cæterum diuersa quædam
 uidebuntur

uidebuntur his quæ de natura partium
balnei superius tradidimus. Verum il-
lud animaduertere decet aëris mutatio-
nem pro arbitrio fieri, atq; lauacrum in
secunda domo nullū esse, sed aërem tan-
tum modò humidum, in tertia uerò esse
quasi transpositis uicibus. Cum enim
hic sit imbecillis, decet sensim incalesce-
re non in prima balnei parte. Hoc enim
nos docet tanquam contra consuetudi-
nem excogitatum. Demiror autem ex
his ualde medicos nostræ ætatis, qui cū
in omnibus fermè morbis, præsertim ta-
mē in atrocissimis, quales sunt hectica,
febris pestilens & ardens, demisso auxi-
lio aquæ tam securo, facili, efficaci præ-
sentiq; ad medicamenta omnino inuti-
lia & noxia, & uix ab ullo authore pro-
bata confugiant. in quo trifariam pec-
cāt: primum quòd aquæ auxiliū tam
utili prætermittunt: secūndum quòd in-
efficacia medicamenta perperam adhi-
bent: tertium quòd omnibus deterius
est, quòd corpus ita præparant, ut neq;
postmodum auxiliū aquæ sanari possit.

Porro de noxa medicamentorum in his morbis & usu in utilitate facere uerba non oportet. nimis enim ab omnibus artibus peritis intelligitur.

Confert etiam in uulneribus recentibus: quod quia alibi in libris, scilicet Contradientium medicorum tractatum est, tum maxime ex Celso, hic repetere superuacuum esse arbitror. Solum ea adijciam, quae ibi non sint enarrata: scilicet quod cura uulnerum tam paruorum, quam magnorum est exsiccatio, & robur caloris innati & sanguinis cohibitio, quae omnia aqua tepida aut frigida, ubi metus sit fluxionis sanguinis largiter effusa, & bene ac diligenter elota plaga praestat ita ut nihil melius, quam cum aliquo cruciatur id fiat non ignoramus etiam dixisse Hip. Frigidum ulceribus mordax, cutem obdurat, dolorem insuperabilem facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulsiones, distentiones. At omnia haec frigidum dum permanent ac superat, efficere solet: at lotio frigidae tantum abest ut refrigeret,
ut

tit etiam paulo post calefaciat, ut quilibet potest experiri hyeme lauando manus cū frigida. luet ergo hęc frigida lotio multum ad suppurationem, cū post eam statim puluina superposueris. Quod si pertinacius frigidam repudies calida uel tepida utaris: quādoquidem constet. Hipp. de actu ac uera frigiditate non de potestate intelligere. De potu autem illud satis pertriturum est, non solum in uulneribus, sed ulceribus, abscessibus, contusionibus, fracturis maxime capitis ac omnibus alijs casibus ab initio usq; ad finem curationis solius aquæ non uini potum conuenire.

In ulceribus etiam (quāq; Hipp. de Fracturis loqui uideatur) planū tamen est ex libri titulo sententiāq; uerborum quę hic subiiciuntur, de ulceribus generaliter loqui hęc habet tertio de his quę in Medicatrina fiūt. Aquæ caliditas & multitudo spectetur. Caliditas ut supra suam ipsius manum infundat. Multitudo ad laxandum et attenuandum plurima ad carnem implendum & mollien-

dum mediocris optima est. Mediocritas autem in perfusione hæc cum adhuc suspenditur, priusquam concidat desistendum, primùm enim tollitur deinde attenuatur. Vbi Galenus in commento hæc habet: Quæcunq; enim ex repletionne erant intenta, sicuti omnia quæ inflammationem patiuntur ea dum euacuantur, laxari consueverunt. Quæ ex concretione ob refrigerationem intenduntur, dum calefiunt: quæ ex siccitate, dum humectantur: quæ ex humido, dum eo exinaniantur. Quoniam igitur calida aqua præstare hæc omnia potest, & amplius atque diutius corpori fuerit infusa, eam laxare atque attenuare rectè dictum est. Implet autem carne, ac molliendum corpus plenum fuerit, & ipsa perfusio mediocris: extenuat uerò multa, aut si corpus alioqui fuerit gracile. Vbi enim non fuerit quod trahat, quod præsens est consumit. Cæterum in his aqua non eundem præstat usum, quem in superioribus morbis internis, scilicet aut decoratione, ubi perfectè sanatiuæ
cau-

causæ uices implet: hic autem non, sed eius sine qua curari affectus nō possit. Sunt enim aquæ usus sex: aut enim conseruat sanitatem, ut uentriculi: aut præseruat à morbis, ut in oculis & renibus: aut curat perfectè, ut in hectica febre & ardente: aut sic adiuuat ad curationem, ut sine ea curatio perfici bene non possit, ut in ulcerum sanatione & ossium, qui iam tophum inutilem contraxerunt emendatione (atq; his omnibus modis principalis causa appellatur) aut ad curam conducat inter cætera, ut in podagra & diarrhœa: uel ut ad decorationem proficit, in qua tametsi primas obtineat partes, cum tamen finis non sit sanatio, sed decor & mundicies, non meretur nomen causæ principalis in medicina. Itaque hæc pars quæ à uulnerum cura incepit, meritò tertia in ordine dici potest, quando quidem præseruationem cum curatione aut conseruatione, ut moris est, miscuerunt.

Ad fistulas quoq; aquæ præsidio utitur Hipp. dicens: Postridie aqua calida

atq; multa proluere oportet locū. Hæc autē post floris æris immisionem. nam tunica fistule sic eroditur, ut plerunque in septem diebus. atque hæc de fistula in ano. Paulo post cum de pituita ad eundem locū decumbente loqueretur, addit inter reliqua curæ auxilia, ut ægrum in calidam aquā collocent. Et in uniuersum calida aqua omnibus fistulis ac callosis ulceribus utilis est, non solum ad extergendum sordem, sed etiam ad putrefaciendum tunicam eorum sinuum. Quod si ulcus aliquod cū fractura coniunctum sit, ut in calcis fractura: uel si ulcus non appareat, multa aqua calida ad curationem utitur Hippocr. libro secundo de Fracturis. & rursus in fractura absq; ulcere uelut cubiti, dum callus iam confirmari cœperit: multam rursus affundit aquam calidam, ut materia nutriendo callo idonea, copiosa ad locum trahatur: ut in primo eiusdem dicit. Similiter & in luxatione spinæ dorsi, dum os reponere, seu uertebam uult. Tercio de Articulis iubet ut locus multa calida

lida aqua lauetur ac foueatur, antequã
reponatur. In luxatione etiam articulo-
rum, manuum pedumũe, quæ cum ul-
cere acciderit, ubi restaurationem con-
uulsio sequatur, iubet articulum elidi,
& multa aqua calida locum deinde fo-
ueri: ut in quarto eiusdem docet. Sic si
cõtingat restaurationem ossis seu luxa-
ti seu fracti perperam esse factam: seu
cum topho calloũe, seu nondum cõtra-
cto, nemini qui in hac arte expertus sit,
dubium est quin calida aqua locus non
sit fouendus: & si callus iam contractus
sit, emolliendus. ac pluribus etiam die-
bus, si maior sit ac durior, ut eodem lo-
co frãgi possit, quo perperam os restau-
ratum est, ne calli loco os ipsum franga-
tur. Ergo & uehementer calida & mul-
ta aqua, & diuturna mora & plurium
dierum irrigatione opus est, nonnun-
quam cũ callus ualde durus ac magnus
fuerit. In talibus ergo quis aquæ usum
& administrationem non causæ illius
loco habebit, sine qua cura perfici non
potest? Quid si quispiam frigore &
III 4 gelu

gelu membra mortua & iam putrescentia habuerit, nonne & hic aqua frigida balneo indiget? non igne, quo excidit: non etiam calida, aut tepida aqua, quibus calor non refouetur; sed frigida aqua sensim reuocat, ut etiam testatur Olauus Magnus Vpsalensis pontifex, qui de borealibus gentibus scripsit, apud quos frequens est hoc experimentum, frequentiorque morbus hic atque infortunium.

In decoratione uero si quis usum aquae collaudare uelit, ne ille omnino noctuas ferre Athenas uidebitur: cum ea sola abluat, purget, detergeat. Quin etiam ubi strigili omnem sordem e corpore elueris, nonne epidermia, pedum callosa duritie & crassitie calida aqua molliemus: inde gladiolo detrahemus illam eradentes, precipueque a calcaneo? & ungues eadem ratione molliores factos praecidemus tam ex pedibus, quam ex manibus: quos si sine hoc auxilio praecidere tentaueris, facile eueniet ut lacerentur humidum enim incisioni aptius longe est sicco. Hæc igitur de aquæ
 | dulcis

dulcis administratione dicta sunt præ-
termittens ea quæ minus ad medici-
nam pertinent: tum uero etiam illa quæ
tametsi humano corpori utilia sunt non
tamen adeò euidentem & certam ha-
bent rationem: ueluti quòd si quis a-
quam, quæ equo bibenti superest bibat
à peste præseruatur. Verùm enim est
frequenter, non tamen semper. Equi e-
nim natura à peste, quæ in hominibus
grassatur, est alienissima. Et spiritus ei-
us ac salua plurima & efficax, quæ a-
quæ comiscentur. talia tamen paradoxa
sunt, & à nemine artis perito tradita. Si-
militer ut illud prætereamus, quanta sit
uis aquæ, quæ e cælo decidit certis tem-
poribus, ueluti Martio mense, ex qua
zethum & panis fiunt, qui in multos an-
nos perdurant, cum alijs temporibus
uix aliquot diebus atq; his etiam pau-
cissimis maneant incorrupti. Quid er-
go prohibet, ne aliqua talis sit ex plu-
uialibus, quæ uitam hominum maximè
proroget: Hæc igit ac similia, uel quia
ab arte essent aliena uel dubia, uel quòd

obscurā haberēt causam, uel quoniā ali-
bi a me dicta essent, cōsulto prātermissi.

Solum respōsurus his quæ mihi obi-
ei posse sentio. atq; id primum, nū quid
negare possim, dicent quin aqua hydro-
piciis noxia non sit, ac uehementer? imo
quidam cum sani essent, solo potu aque
in eum morbum inciderunt ac mortui
sunt. Quibus respondemus, quod aque
usus in hydrope omni nō est malus, sed
ratione quātītatis aut qualitatis uel cau-
sæ hydropis. Quis enim ignorat, quōd
aqua mala non sit causa omnium mor-
borum diuturnorum: ut secunda primi
habetur. nam generat abscessus & duri-
ties in omnibus membris principalibus,
& tabem & deiectionem appeti-
tus, & morbos melancholicos & intesti-
norum difficultatem, aliquando uen-
tris duriciem: nonnuncq; inquit, etiam
hydropisim. manifestum est ergo, quod
potus aquæ per se non generat hydro-
pism, sed aquæ malæ. nec etiam hæc sem-
per. Dicetis forsan: Auisenna inquit in
cura hydropis, Et prohibitio a uisione
aquæ

aquæ ne dum à potu ipsius, quantum possibile est. respondeo, Et in eodem capite inquit, Vino non appropinquet, calidam habens hydropisim. Sed neque in frigida omne uinū conuenit. Ideo quamquam loquatur de ascite sola, intelligit etiam de aqua cruda, non destillata aut natura perfecta. Quinetiam Aetius colaudat balneum dulcis aque tam tepide quam frigide in ascite. de quo alibi disputauimus. Sed non adeò hic fauebo aquarum laudi, ut in morbo qui totus aqua constat, illas uino præferri uelim. Etenim certum est tepidæ aquæ usum nauseam excitare, uentriculum debilitare, coctionem corrumpere, corpus tabefacere, hecticam & hydropem gignere, nec tamen sitim extinguere.

Obijciat alius, quomodo tot & tanta una & eadem aqua efficere poterit, ac tam ualidis morbis occurrere? At hi qui de his dubitant, aut hoc ignorant, quod calor innatus omnes morbos curat, cum ualidus fuerit, ut ex Galeno docuimus, aut aliquid efficacius usu aque inueniri

ueniri credunt. Quod quippiam possit esse efficacius, non uideo, quæ tot modis & in tanta quantitate administrari potest absq; incommodo præsertim ob consuetudinem. tum etiam adeò frequenter, quæ omni cibo miscetur, quæ potus omnis uices supplet. Quòd uerò calor naturalis omnes morbos curet, præter Galeni auctoritatem, ratio etiam ipsa manifestissimè docet. ille enim trahit, retinet, concoquit, si minutius est agendum, expellitq;. Hi quibus hæc mira de aqua uidetur, sunt qui existimant medicamenta esse quæ purgent, quæq; sanent morbos. porrò horum inscitiam non est ut doceam, quandoquidem illa solum aut naturam irritent aut adiuuēt in opere. Ergo confirmato naturali calore, nec irritantibus indigemus, nec multo minus auxiliantibus. Dictum est etiam supra, quoniam pacto aqua frigida calidis atq; frigidis intemperiebus item humidis atq; liccis æqualiter satisfaciat unde omnibus morbis principale auxilium existit.

Dicit

Dicet quispiam, cur ergo nostræ ætatis medici non hoc uno præsidio utuntur? Quoniam ut eruditiores ac diligentiores uideantur, arsque ipsa apud uulgum nobis ior, malunt multis uti præsijs, quanquam debilioribus, atque perperam quam uno optimo ac rectè. Quin etiam teste Plinio, imò ipsis oculis quotidie non contēti omnibus que terra aquaque apud nos producit quæ pene sunt infinita) & quorum neminimam quidē partem norunt, quod uilia sint, ut celebriores uideantur, exotica longius petita, et ultra maria aduehi curant: tantū abest ut aquæ solius usu contenti esse uelint. Quendam scio è principibus ad quem cum uocatus essem, possetque meo iudicio aqua curari, atque fermè sanari, cum uiderem quorsum tenderent, permisi sicis ut uterētur, quod scirem illos non posse persuaderi unde etiam læsus non leuiter est: morbus enim tantummodo humidus erat Causa uerò seniū. cuique enim perspicuum est, tum in aquæ usu tum in inuētionē ætheris, me hic solum decla-

declarationes attulisse, quòd ita sit. Cæterum quomodo moderādus sit hic usus, uel commentario alterius amplissimo uel lōgiore libro, q̄ sit Pauli, totum opus indigere. Cæterū malui totā hanc artem exemplo ptolomei de cœlestibus præfagijs cōpēdiose & obscurè traditam superesse, quā funditus interire.

At rursus dicet quispiam, cur saltem nullus antiquorum hanc tractationem conscripsit, cum adedò utilis esset ac pulchra? Quoniā ueluti qui unico gladio sculpunt, totamq̄ imaginē effingunt maiore industria atq̄ arte egent, quam qui pluribus scalpris atq̄ ad unū quęque usum accommodatis utuntur: ita difficile illis fuit hanc tantam artem tradere, multo uerò difficilius ad opus deducere his qui non omnino ingenio, iudicio industriaq̄ pollent. ob id & multi sinistrè his traditis utentes, nec feliciter succedente euentu, me uana scripisse calumniabuntur: cum non ego malè scripserim, sed ipsis male meis scriptis uti contigerit: uel quia in deploratis ca-

sibus

sibus, & qui nulla arte sanari possint a-
quam administrauerint: uel quia in mor-
bo & causa illius decepti, aliter quã de-
buisset: uel quoniam non debito tempo-
re ueluti balneum in febribus putridis,
dum coctio usq; cepta est: uel quia non
pro quantitate, mora, usu consuetudi-
neq;: uel quia incongruo modo, uel an-
ni tempore: uel quia locus ille minus a-
ptus sit, aut aqua ipsa non optima, quod
frequentissime euenit: uel quia in cæte-
ris rebus necessarijs non recte se gerat.
His tot modis atque alijs innumeris ab-
errare contingit, adeo ut hic usus non
sit inexperti aut imperiti uel oscitantis:
sed eius qui artem optimè attigerit, & il-
lius exercitationem diligentissime tra-
ctauerit. His igitur non exiguo erit e-
molumento atq; honori: quandoqui-
dè non solũ plurimos deploratos casus,
quiq; aliter sanari nequirent, sanabit. Et
in omnibus morbis hoc uno præsidio,
hacq; una ansa plus cæteris utetur.

Demum respondebit mihi quispi-
am, si tanta præstat hic usus aquæ solus, si
adeo

adeò efficax, adeò generalis est, quem
 te tenere qui alios doceas optimè, ueri-
 simile est, qui ueritatis adeò addictū te
 profiteris, ac tam intentè seruis, cum fa-
 tearis optimū esse uel uno medicamen-
 to omnes sanare, cur tu ergo non sola
 aqua omnes curas ac sanas? at te uide-
 mus non minus quàm ceteros omnes
 medicos medicamētis uti? alia ergo do-
 ces ac præcipis, alia facis, alia scribis, alia
 exerces. Hæc quidem obijci mihi posse
 sentio. Sed non rectè. primum quidem
 neq; quarta parte medicamentorum so-
 leo uti, quibus alij medici uti solent.
 Deinde balnearum usus obsoleuit iam
 diu, adeò ut instaurari desiderent. nam
 ut superius docui, si quis perperam uti-
 tur, melius sit plerunq; abstinere quàm
 uti: tum maximè quòd non medicus est
 qui administrat, sed astātes imperiti, sto-
 lidi, obliuiosi, alijs intenti. Aquæ quoq;
 nostræ regionis prauæ & ad usum medi-
 cinæ fermè omnino inutiles sunt. Qui-
 cūq; etiā artem quampiam uel nouā
 uel reuiuiscētem introducere studēt,
 id

id sensim facere debent, ne error ministrorum uel arte uel artifici imputetur. Neque ego ab initio artem hanc exquisitissime tenui, sed iuuenis ratione, & his quæ ab autoribus didiceram experientiam prius omnium rerum magistram accommodare uolui. Denique nec prohibeo, quo minus quisquam alijs, auxilijs, quæ in rem faciant, utatur: nec ut abstineat suadeo, sed solum illud monere uolui, quantum efficacie sit in usu aque uulgaris, quæ facilis administratio, quam prompta occasio in unoquoque morbo. Quamobrem talẽ usum necque unquam prætermittendum necque posthabendum alijs auxilijs, non quod illis quenquam ut inuidiosum præconem inuentionum suarum carere uelim.

Ergo cum tot utilitates tam euidentibus tam aperte prompteq; aqua exhibeat, nec ulla alia res id efficere possit, merito de illa, quantum per has temporis angustias successiuasq; horas licuit, determinauimus: nam necque ullum aliud est, cui hæc omnia conuenire possint. Ele-
 KKK mento-

mentorū enim terra nobis intus nullo modo extrā nisi te sepelire uelis, nullus profus ad sanitatem usus. Aer præsto nobis undiq̃ est, et intus et extra: unde nec admoueri nec amoueri potest. Medicamenta nulla tam familiaria sunt tanta copia possunt exhiberi, tot modis congruere actu potestate, intus extra, manendo in his, uel mutando, quo fit ut neq̃ ignis: is enim actu semper calidus, & potestate nihil. Cibi etiam & potus potestate solum efficaces, actu nequaquam. Ut omnis hæc sylua aliqua non solum parte inutilis sit atq̃ deficiat, sed tota ad tam uarios usus minus apta, & ut uerius dicam, inepta sit.

Restat solū ut uideamus, quali nam temperamento aqua ipsa sit. Plerique enim ut dixi frigidam et humidam in ultimo ordine esse censuerunt. Ego uerō neq̃ frigidam neq̃ humidam potestate ullo modo esse crediderim (modo siue ra sit) nedum ut in ultimo ordine talis habenda sit. nam quod neque in ultimo neque in tertio sit, talium scilicet in frigidanti-

gidantium atque humectantium, ostendit moles magna, quæ ingeritur citra noxam: quod in nullo medicamēto huiusmodi ordinis seu tertij seu quarti facere licet, sed neq; secundum. nā si quis lactucarum libram edat, aut succū bibat multo plus refrigerabitur, quam si duas aquæ optimæ libras potauerit: quam quā lactuca uix primum frigiditatis ordinem excedat. pariter uerò fermè humida ut etiam frigida est. Qui igitur sicri potest, ut si elementum esset, atque in ultimo ordine, ut dicunt, humidorum frigidorum, quantumuis notha & adulterina et permixta, nec in altera qualitate, uix in primo ordine statui posset? Quamobrem cum neq; in secundo nec in tertio nec in quarto ordine constitui possit nec in primo etiā poni debet. Quod enim paululū infrigidare & humectare uideatur id non cōtingit, quod potest atē ullam talem obtineat: sed q; frigiditate, q̄ actu habet, et mole sua refundat uim caloris innati. Verisimile est autem, cum potus sit omnium animan-

tium. hic autem temperatus esse debet, non frigidus potestate. Aqua igitur optima actu quidem, humida semper ac tanquam uehiculum: frigida uero aut calida, prout soli aut igni uel aëri exposita fuerit. Potestate autem neque humida neque sicca, multo minus uero calida aut frigida, sed quasi qualitatis omnis expers est: Non ignoro quam multa aquae comoda ad diuersos morbos possem adijcere, sed cum ex his illa habeantur, malui ad sequentem tractationem, quae minus pertrita est, & magis obscura, descendere.

DE VITALI AQVA seu de Aethere.



Actenus igitur de aqua simplici naturali que dictum est, sufficenterque meo iudicio, cum caeteris mos sit alios ante dānare, quae de eadem re scripserint, antequam ipsi aliquid dignum lectu ederent: nobis hoc indignum uisum est ut ab initio praefaremur: nunc postquam id praestitisse

praestitisse persuademus, satis audacter
 testari possumus, neminem ante nos de
 aquae usibus praeter Hippocr. (sed is ob-
 scure satis, ut mos erat illius aetatis) scri-
 psisse. At multo minus de aqua simpli-
 ci, quae arte paratur, quod antiquis omni-
 bus tum etiam nostro aequo incognita sit,
 quisquam locutus est. Quod etsi haec ars iam
 fabularum more tractata sit a quibusdam,
 hoc tamen ei obesse non debet, ut neque
 Deum non uereri, quod deos risu dignos
 poetae confinxerint. Nec historiam negli-
 gere ob Heroum ficta gesta atque incre-
 dibilia carminibus Italica lingua uulga-
 tis. nec magiam contemnere naturalem
 ob praestigiatos, neque gemmarum or-
 natum ob adulterinam eas metiendi indu-
 striam. Ita saepius contigit, ut ex artibus
 seplasiae fraus oriretur: nonnunquam etiam
 a fabulis homines ad ueritatis inquisitio-
 nem excitati, in eius inuentionem perue-
 nere. Initium tamen nostrae considerationis
 non solum ab illorum nugis ortum ha-
 buit, sed ex rei ipsius natura prioreque tra-
 ctatione. nam ut naturalis aqua frigida est

& humida, & quo melior fuerit, eo minus frigida est & humida: ita ætherea, quæ arte paratur, calida est immodicè atq; sicca: quæ tamen & ipsa, quo fuerit temperatior, eo præstantior erit. Videntur autem pleriq; philosophorū, qui tamen nomen eius attigerunt, aliud quippiam per hanc aquam intellexisse: neq; tamen simplex, ut hæc uerè est: neq; innoxium, sed aliq; helixir, id est, circumuolutum, seu elysir ab *ἐλυσθη*: seu inuolutus, quòd inuoluendo fiat ac circumuoluendo: uel ab *ἑλυσι*, Elysius, q; felices & perpetuos reddat: uel ab *ἡλιος* solaris, quod uitalis sit ut sol: aut quòd antiquo tempore solis radijs conficeret, interpretantur. ether compositum quoddam ex aqua ardente & aromatibus destillatum. denuò aliq; insundunt aquæ ardenti nobilia medicamenta, eaq; aqua solum colata non destillata utuntur: aliq; ex uarijs medicamentis eam conficiunt, ea sub firmo putrefaciendo, inde destillando: quidam ex unica tantum planta educere conantur scilicet chelidonia: quæ omnia li
 cet

et efficacia sint, ætheris tamen nomine profus indigna sunt. nos enim simplicem aquam per æthera intelligimus innoxiam & efficacissimam, nō solum ad uitam producendam, sed etiam ad corpus præseruandum ab omni morbi genere. De elyfir autem ac cæteris huiusmodi medicamentis non sum uerba factururus: solum id dicam, quod ad magnū errorem pertinet illorum qui talia conficiunt, scilicet quòd ardentem aquam non elyfir ipsum nobis exhibent. Est enim aqua clara, acris saporis, nulliusq; præstantis odoris: licet ad morbos frigidos satis efficax, quod sit calidissima. Verum autem elyxir colore est uini, odore acri quidem et uehementi, sed iucundo tamen, quale est oleum spicatum. non autem simili.

De uera autem uitali aqua primū dubitare licet, an aliquid per circuitum à calore possit refrigerari. constat enim quòd calor semper attenuat. deinde experimētum docet aquam ardentē quo sæpius fuerit destillata, eo tenuiorem &

acutiorem esse, adeò ut septies destilla-
ta, statim ardeat, & degustari minimè
possit. Aqua etiã excalefacta quidnam
aliud quàm caliditatē cōcipere potest?
ignis enim talis est. Verùm tamen usus
ipse docuit temperatiorem fieri hanc a-
quã circulatione. Cum enim aqua tepo-
re illo in uaporem cōuertatur, uapor au-
tem hic priore crassior sit, quoniam à le-
uiore calore factus est, necesse est dum
redit, aquam gignere mitiorem. Rursus
quæ media sunt, solent extrema ad se re-
trahere, aqua autem hæc extremi ratio-
nem habet ab initio, calor uerò à quo
circumagitur minor, quo fit ut ab eo ca-
lore tēperatior euadat. Dicemus igitur
calorē semper attenuare, nam ex aquæ
substantia in aërem mutat, hoc autem
est attenuare: non tamen in tenuiorem
aërem minor calor mutat quàm maior.
De experimento uero, ut docuimus, ip-
sum nobis fauet, quando quidē non de-
stillatione hic utamur, sed reuolutione.
quantum uerò intersit inter hæc, paulo
post declarabimus. Quomodo aut aqua
excalefacta

excalescens crassior possit euadere dubiū uidetur: quod euadat, haud dubiū est. Causa ergo non obscura est his qui in libris de Subtilitate exercitati sunt. nam ob id dērior euadit aqua per circulationem, quoniam tenuiores partes in spiritū resoluntur, crassiores attenuantur. Aqua igitur circulatione temperatior & equalioris substantiæ euadit. Sed ut huius rei maior notitia & facilior habeatur, primū docebimus quid intersit inter circulationem & destillationem.

Destillatio igitur ab acutiore calore maioreq; necessariō fit, quod uel respiret uas ipsum, uel capacius sit. Si enim in aërem humor etiam pari substantia resolui debeat, maiore calore indigebit, ubi pars caloris maior resoluitur aut inutilis redditur, quēadmodū in uasis respirantibus aut capacioribus: hoc enim in libris de Subtilitate declaratum est. at uero præter id quod in reuolutione calor magis colligat, quoniā non respirat, & etiā qui sursum rectā fertur, substantia ex qua destillatur aqua, crassior est,

ut quæ nondum ignem experta sit: ne-
 cesse est igitur ob multas causas acriorẽ
 & maiorem esse calorem destillationis
 q̃ circulationis, atq; id ita se habet. Alia
 uerò causa euidentior est, q̃ destillatio
 breui tẽpore absoluitur, reuolutio lon-
 giore. Causa etiã huius differentię est:
 quoniam destillatio si in longum produ-
 ceretur, tenue humidum absumeretur:
 tum quia respirat uas, tũ quia calor ma-
 ior est utcunque: tum q̃ maximum est
 quia humidum illud terre substantię co-
 pulatur. Necessè est igitur destillationẽ
 celeriter perfici, & qui lentius agunt, ia-
 cturã aquæ tum olei, si oleum prodeat,
 faciunt. Quamobrem & maiore calore
 indigent ob hanc præcipuam causam.
 Cum uerò circulatione attenuantur, si
 calor sit ualidior, multiplicato spiritu
 uas disrumpetur. Manifestũ est igitur
 reuolutionem fieri in uasis conclusis &
 recte stantibus & à modico calore & tar-
 de, destillationem nõ ita. Est uerò & me-
 dium quoddam inter hæc duo præpara-
 tionis seu cõcoctionis genus, quod sub
 fimo

fimo sepultis ex toto uasis fit. Solet autem fimo calx recens substerni, & tepēs aqua inspergi, atq; singulis quatuor diebus utrunq; permutari. Permiscentur hoc auxilio quæ iunguntur, alia superantur, ut stibium, plumbum, æs ab aceto, inde uis exprimitur, alioquin insuperabilis. Terminus plerunq; est lx. dies, in mixtione xxx. in cōcoctiōe xx. Pro æthere autem exquisito inutilis est hæc sepultura. Sepulturam dico, quoniam in circulatione totum uas mergitur in fimo, atq; obruitur: in circulatione prominēt pars superior, ut quod ascendit in aquam, denuo reuertatur. in coctiōe uerō aut mixtione hoc cum non fiat, tenuiores partes resoluuntur. ideo hæc opera in æthere tum ob simplicitatem tum tenuitatem prorsus inutilis & etiam damnosa est.

Sed cur destillatio non ex uasis rectè stantibus: quoniam calor ualidior faceret ut fumus dissiparetur: aut dū oclusus esset, rediens infrà non separaretur, sed priori materiæ mixta aqua tota fœdaretur

daretur parte absumpta. Fit igitur ex uasis inclinatis aut situ, aut canalibus. qui si toti occludantur, ignis absumit aquam si autem respirent, fumus dissipatur. Propterea utrisque modis partem aquae perire necesse est. qui ergo longioribus canalibus utuntur et apertis, hi plus colligunt aquae. fumus enim ubi frigidum tangit, in guttam uertitur, celeriter uero separatur ob ignis uehementiam. Propterea etiam dubitatione dignum est, an sensim adiecta materia plus aquae reddatur, an tota simul. uidetur autem materia simul adiecta longiori tempore indigere, & ob id plus ex aqua absumitur, pauca autem celerius siccatur: igitur pauca cum moderato igne plus aquae emittit, sed maiore tædio. Eadem est ratio magnitudinis uasorum nam in maioribus dissipatur, quoniam uehementiore calore indigent, in paruis ab igne plurimo materia aquae absumitur: optima igitur parua, & cum moderato igne. Et rursus quae pluribus constat canalibus angustis quam uno amplo, & si
perpe.

perpetuò refrigerentur. Olea uerò & substantiæ densiores aqua, conclusis & apertis uasis indigēt: quoniam uis flammæ atq; ignis maior exigitur quā ut fumus sisti possit: & ob id totum periret. oportet igitur & ipsa refrigerare. Vbi uerò aqua detrahitur, non oportet concludere uasa. Quid si amplissimis uasis & conclusis colligat aqua: nam neq; disrūpi ea poterunt, nec fumus dissipari. atq; idem beneficiū sequit quod ex apertis plus colligetur: sed impēsæ aliquid erit.

Eadem autem ignis, ut è salicibus minus absumit, uelut & calor humidior, ut ex balneo, uinaceis feracibus, q̄ pruna et cineribus, utrū uerò ex flāma plus quam pruna absumatur, quæstio est: utraq; enim in extremo est siccitatis. Verū flamma cum uehementiore motu est (ut in libris de Subtilitate dictum est) pruna in densiore materia. flamma ergo celerius pruna aut uehementius urit: flamma uerò quæ ex ardente aqua concipitur, parum & tardè urit, quoniā paruum habet motum. igitur in destillationibus

nibus flamma utilior est in circulationibus pruna leuis. Sed in destillationibus flamma inæqualis affert multa incommoda, in circulatione pruna, ut dictum est, uehementior quàm par sit. itaque in destillationibus pruna ob æqualitatem utimur, in circulationibus remissiore calore quàm pruna. Sunt ergo siccorum calidorum genera præcipuè quatuor: flamma & pruna & cinis tum solis humidorum uerò totidem ferme: finis fraces, uinacea, balneum. Sunt autem siccorum ignium è genere etiam: arena cinere tanto potentior, quanto ferri limatura ipsa arena. his enim calefactis & nonnunquam ignitis ad destillationes difficiliorum rerum uti solent, ad circulationes tamen inutiles, quoniam omnis circulatio in humido tenui fieri debet. Verùm hæc omnes ferme dubitationes cessant, quando quidem in turricula (sic enim uocant artifices) concluso lebetè tantus feruor aquæ sit, ut metallica destillari posse uideantur, collecto utrinque calore & in igne & in aqua.

eudis

Vtrum

Vtrum autem humidi calores minus
absumant, dubitare non licet, motus e-
nim tardior: motus enim absumit, ut
in uentis uidemus: qui tametsi frigidi
sint siccant tamē et celerius quā solis
calor. An uerò etiam in uitreā uasā ali-
quid ex qualitate propria, puta odore
& putredine fimi ingrediatur, dubium
est. Videtur enim fimi calor temperati-
or balneo, & diuturnior ac maior frac-
ibus atq; uinaceis. Fracium quoq; calor
minor est & humidior q̄ uinaceorum.
Optimæ igitur ad circulationem fraces
inde balneum. nam uinacea magnam
fortiuntur inequalitatem, & nō tam diu
durāt: fimus uerò remittit aliquid. nam
cum calor penetrat, penetrat & uis quę
illi adiuncta est, seu modus: is autem est
putredo. Calor enim partim penetrat,
partim simile gignit, utrouis modo tu-
tiora sunt quæ non putrescunt. in frac-
ibus autem & uinaceis putredinis quæ-
dam species uiget, sed nō tanta ut opus
iufficiat. Posthas balneum est tepidę aut
pauo calidioris aquæ.

Quomo-

Quomodo ergo aether nobis paradus
 sit, quemadmodum & reliqua, a fine su-
 mere oportet: finis autem ab indigentia. Indi-
 gent senes ut humidum, quod terrenum &
 feculentum euasit, iam repurgetur, opti-
 musque fiat, & quale puerorum, tum etiam
 ut membra ipsa mollescant, & uires om-
 nes confirmentur, tum naturales tum ui-
 tales ac sensibiles, atque facultates quae
 corpus ipsum mouent. In his igitur quae
 fieri possunt, facere oportet: in quibus
 non licet ut ulterius non labatur, corpus
 prospicere decet. At haec quomodo scire-
 mus, nisi prius cognouerimus in quibus
 restituere licet, & in quibus non? Si igitur
 restituere liceret humidum pingue
 & molliciem solidorum, regredi etiam
 uersus pueritiam liceret, at non licet: non
 ergo possumus humidum pingue resti-
 tuere, neque membra solida emollire, sed
 solum possumus morari senium ac retar-
 dare. In his uero quae ad robur uirium
 pertinent, cum uideamus senes beneua-
 lere aliquando, & aliquando male, letos
 tristes, alacres pigros, robustos debiles:
 constat

les: constat eadem quæ casu eueniunt. etiã sapientia aliqua haberi posse. Quin etiam talia sibi inuicem auxiliantur: concoctum enim bonũ robur efficit corporis, robur autem appetitum cibi excitat & somnum, unde concoctio atq; nutritio: atque hæc exempli causa dicta sunt. Quid igitur ex æthere expetendum: ut uires redimat, retardet autẽ ulteriorem humidi deprauationem. Deprauatur autem, ut in morbis, curis, superfluisq; laboribus, cibisq; qui non recte perficiuntur, insuper uigilijs, hæmorrhosagijs & intempestiua uenere. Hæc igitur omnia ad unam causam reducere oportet, quatenus defectum inducit: nam tabes non defectu deprauat humidum, sed consumendo et per se. Ea igitur alia esse non potest, quam impedita innati caloris functio, quæ etiam ab excrementis, & alijs operationibus altò auocantibus & ex illius diminutione prouenit: tres enim uidentur esse modi, aut quia substantia minuitur, uel quia functio impeditur uel diuiditur. Si enim ipsum cali-

LLL dum

dum manet, manet & facultas: funciónem autem non ita necesse est. Hoc uero omnium operationum esse principium & ratio ostendit, cum sit cœleste & experimentum docet. quæ igitur superflua amouent, & calorem excitant, hoc agere possunt, nã de diuisione quasi res uoluntaria est, & ad quartum de Tuenda sanitate pertinet. Porro quæ amouent superflua et calorem excitant, uidentur dupliciter nos offendere, & quòd resolunt quod optimum est educendo, & quod motu siccant. Cum prauis enim succis semper aliquid boni educi solet, & motus maior corpora siccant, hoc enim iam dictum est. Indicio etiam est, q̄ omnis ætas senectã breuiore est quamuis ob caloris in senectã paruitatem longiores reliquæ esse deberent. Nulla igitur est causa, nisi paruitas motus in eâ ætate. Vnde ad uitæ longitudinem exercitatio uehemens cum multa alia adducat incommoda, illud præcipuũ habet, ut ætatẽ præcipitem agat, & senium ac mortem cum illo acceleret. Quæ igitur
 uitam

iritiam producere debent, nec siccare ue-
 hementer, nec motū magnū ciere oportet:
 sed calorem cogere, excitare leniter
 et superflua expurgare, tū in intima pe-
 netrare. Eiusmodi ergo substantiā tenuem
 primū esse oportet, et bene olentem. his
 enim quę bene olēt, gaudēt membra
 tum calidum ut motū cieat atq; talē quę
 spiritum nutrire possit. quę autē nutriunt
 familiaritatem cū corpore nostro habēt.
 iam enim uinū quasi spōte tale est. nutrit
 enim et celerrimē et amicū est nature &
 calidum & odoratū & tenue, sed tamen
 non quantū esse oportet nō enim statim
 intima subit, sed partes habet secū inuti-
 les, quę illud remorētur. finge igit̃ uinū
 statim se cordi offerens, nihilq; secum in-
 utile aut noxiū ducens atq; id optimum
 tale est æther. Manifestū est igitur, neq;
 aliud quicquam neq; ex alio fieri posse.
 Verūm dum fit, quoniam ab igne fit, ne-
 cessario in igneam naturam transit oportet
 igitur hanc naturam, ab insuria illata
 reddere immunem. Palam uerō est, &
 tale quippiam atque adeo perfectum et

melius oriri posse. sed ubi hoc contige-
 rit, nondum compertum est. Itaque iam
 materiam rei ipsius, & necessitatem præ-
 parationis, & finem ac damna præpara-
 tionis etiam edocuimus. Ex quibus fa-
 cile percipitur, non esse sapius destillan-
 dam aquam, quæ ætheri faciendo pro-
 materia est: siquidē ignis nil adiicit, præ-
 ter tenuitatem, quod utile sit. cæterum
 naturam æther præparatam calefacit.
 immōdicè siccat, urit atque corrumpit.
 Verūm dices, destillatione purior & de-
 fecata magis, magisq; tenuis euadit: fa-
 teor: non tamē hæc puritas ab initio tam
 necessaria est, cum possimus circulatio-
 ne id efficere. Cum enim inter duo que-
 libet extrema medium quoddam sit, i-
 mō & plura generum media pro extre-
 mis habentur, erunt & mediæ circula-
 tionesq; uim habentes. Sunt enim cir-
 culationes rectę conclusę, & cum lento
 igne aut calore. calor enim omnis ignis,
 ut aliàs demonstratum est, nisi internus
 fuerit: inclinatę igitur ac miti calore con-
 clusęq; mediæ potestate erunt, non igitur

tur nisi semel destillata esse debet materia ætheris. Destillatur ergo sic, ut oleo excipiamus. nã quæ in eo descendit, abijci solet: colligitur cum primum supernatare cœperit, & donec rursus descendat eadẽ altius in aërem proiecta, si pauca fuerit euanescit nec descendit: atq; ea optima est, ita unica destillatione absoluitur.

Vt autem intelligamus rationem operationis, & quantitatem seu magnitudinem uirium ætheris, supponatur uis optimi uini, a. b. & quod feculentum est, impediẽs in a. ex omni parte in c. igitur ex dimidiõ & per dimidiũ in d. per quartam partem, & in e. octauam; ita ut in b. nullum sit impedimentum ratione substantiæ, sed solum humani corporis iuxta omnem operationem in uentriculo, iecore, uenis & corde: erit ergo infinita in comparatione eius quæ habet impedimentum in a. nõ autem simpliciter ob paruïtatem & actionem membri. Et ut rem aliquo experimento doceamus, si iuxta humeros pondus annectat multo

LLL 3 maiore

maiore cum labore mouebit, q̄ si pon-
 dus alienum tractet: impedimentum e-
 nim intimum longè plus fatigat q̄ si ex-
 tra. at in uino impedimentum intimum
 est, & maximum. uix enim xl. portio æ-
 ther est ipsius uini, tecum igitur expen-
 de, quales uires habeat æther uini com-
 paratione. Deinde cum nō quiescat ob
 subtilitatem non retunditur illius fa-
 cultas à membro. Cor enim maximam
 uim habet attrahendi. ut in medicis di-
 sputationibus docuimus. Centuplo igi-
 tur maius est opus ætheris q̄ optimi ut-
 ni. at uidemus quantum afferat utilita-
 tis uinum collapsis uiribus, languenti-
 bus facultatibus, tristitia oppressis ani-
 mis, utilitatisq̄ partibus ob inopiam ca-
 loris innati: unde non alio Galenus au-
 xilio utitur (quamuis perperam Ara-
 bes ob legem hæc in alia transmutau-
 rint) q̄ uini odorati potu, quod omnes
 uires recreat. Constat etiam, modo ne
 humor aliquis malus iam genitus offen-
 dat, aut exterior noxa, omnem prauita-
 tem ex caloris innati defectu oriri non
 solum

solum in humoribus, sed etiam membris. ueluti carcinomata & erysipelas & bubones et ulcera maligna, ut Galenus testatur in libro de Cibis boni & mali succi. Confirmato igitur calore praeter luxationes & fracturas omnia mala tolluntur. ille enim concoquit, separat, roborat, expellit quod noxium est & semetipsum, membraque quibus infunditur, ad semetipsum reducit. An igitur & hoc non uidere optimi medici? uel ego chimeram nunc fingo? Quo fit ut si uentriculus sit medicandus, oportet frenum aliquod adhibere, aliter statim ad cor ipsum transit, a quo ut familiare rapitur. Declaratum est enim a Galeno in secundo de Naturalibus facultatibus, unumquodque membrum rapere ad se quod sibi familiare est. Vinum uero spiritui familiarissimum, ut tertio de Temperamentis habetur. Cor uero & regnum obtinere in corpore nostro, & trifariam trahere uehementissime, in libris de Usu partium docuit: quare non est conficta haec aetheris ratio, sed demonstrata.

Ut igitur uideamus uinum odoratum
 recreare spiritus, exhilarare hominem,
 uires restaurare, quāuis repugnantibus
 fecibus & usu minante utilitatem ac
 uim illius: ita ab æthere longe maiore
 ope, & celerrime omnia hæc instaurant.
 Est autem fex duplex in uino seu excre-
 mentum. tametsi sit defecatū. quoniam
 eadem est ratio partis & totius, & extre-
 morum atque eorum quæ ad extrema
 utrinque recedunt à medio, crassa, terrea,
 frigida & tenuis, sicca immodicè, ignea-
 que: quibus uinū partim impeditur, par-
 tim nocet, cōmouetque pituitam, et mem-
 bra ultra modū excalefacit, tum magis
 quòd unum alteri excrementorū affert
 opem. terrea enim uis siccitatis opus au-
 get, atque caloris. impedit autem motum
 ingressumque, in intima moratur: æther
 autem absque fece est, ideoque statim pene-
 trat, quòd minus mirū uideri debet his
 qui opus ardētis aquæ spectant. ea enim
 (tametsi excremento nō uacet) multa ta-
 men commoda affert, concoquitque cra-
 pulam, discutitque humores crudos. Sen-
 timus

timus quoq; illius ingētem uim statim
a potu, cum tamen ignea sit non tempe
rata. Ergo ab opere ipso facillimē aether
diagnoscitur. exhibitū enim his qui iam
muti ob ingruentem mortem euaserūt,
oculosq; semper malos continent, facit
ut reuiuiscant, attollātq; oculos, atq; lo
quātur, ni morbus neruos obtineat. Cū
uerò multa hoc faciant suauitate odoris
ab alijs omnibus praterquā ab elysir di
stinguūt. Sed & elysir nares ferit, aether
nequaq;. Illud uerò certissimū signum,
quo ab omnibus alijs differt, quod cum
spiritus statim recreet, uiresq; refocillet
sapore tamē acri nō est, ut elysir ardens
aqua, chelidonij aether. hæc enim adeò
nares, & magis linguam ferunt, ut uix
ferri queāt. Vnde tum ob id tum ob im
modicum calorem & precium satis ma
gnum, exigua quantitas & alijs immixta
aquæ exhiberi solet. Sapor autem æthe
ris sub acris ita est, ut medius sit quasi in
ter acidum & acrem, subdulcisq;. color
uerò ut nitidæ aquæ, leuissimi ponderis:
odor uerò (ni oblitus sum) quod mirū
LLL 5 est,

est, uiolaceus fermè. nã uiolaceus ab hu-
 mida & frigida substantia exhalare con-
 suevit. Dixi (ni oblitus sum) quod nunc
 apud me non habeam, neq; iam diu. ita
 enim occupationes me detinent, ut tam
 presenti auxilio carere possim. At male
 sit his, qui cū nihil boni prestare possint,
 etiã eos qui prestare possunt, impediūt.
 Principes uerò pleriq; a suis gnatonib.
 & uirulentis aulicis decepti, in omnia
 alia potius q̄ in optimos usus non more
 certè maiorum impensuri sunt. nec tãti
 est proferre uitam, ut innocentia aut stu-
 dia sapientię aut libertatē deserã: sed ma-
 lo p̄ripi fato, & liber atq; immaculatus
 uiuere q̄ diu scelicissime, & cum graui
 seruitute etiã tēporaria, uel nō omnino
 purus & innocens. Neq; forsan ego uel
 sic Deo rem gratã faciam, qui hoc pro-
 dam hoc tempore presertim, q̄ potenti-
 bus solū sit salutare atq; auxilio: uerim
 nec tui benemerentis, nec illorū imme-
 rentium causa hęc prodo, sed urgēte eo
 à q̄ semper agor. neq; enim magna unq;̄
 ex uoto aut iudicio meo egi, nec malū
 ego

ego existimare debeo quod bonum superis
uidetur. maior est illorum sapientia ue-
cordia mea, munus accipio, munus da-
re cogor: si modo hoc munus est, & non
plerisque lapis Aescopicus, ut oleum & o-
peram perdant. neque enim fas esse existi-
mo omnia sic dicere, ut omnes intelli-
gant: nec ita praetermittere, ut nemo sci-
re possit. Vbi enim totum absoluerimus
sermonem (quod plerisque uidebitur ad-
mirabile) plus perit, quam si non absol-
uerimus. Est enim sermo acephalus, ut
& illi multa possint adiungi capita, unde
multiplices formosae statuæ. Sed iam ad
rem redeo. demonstrandum est, aethere
bene olere, uiolamque olere, cum tamen
ex materia sit calidissima. utrum autem
omnis? partim quidem sic, partim au-
tem non. Sed relictis ambagibus quæ infi-
nite propemodum sub hac questione la-
tent, de simplicissimo nobis proposito
sermo habeatur: qui quantum multiplex
sit, ut infra ostendemus, omnis tamen
suauissimè olet, non quidem magnitu-
dine odoris sed temperamento & qua-
litate

litate ac natura odoris. est enim in toto hac natura & tota. neque enim aliud est unius uiolæ odor, & cumuli, sed tamē hic maior. Sic & albedo tota in qualibet parte parietis, & non est pars albedinis, sed partis albedo. itaq; in toto est albedo, & in qualibet parte tota. Si igitur acutum habet odorem aqua ardēs, atq; planè siccum, manifestum est in genere esse iam bene olentiū. at quæ bene olēt, sed feriunt nares remissa ui fiunt suauis odoris: quoniam acuitas quæ perceptio nem suauitatis impedit, aboletur, igitur redditur odor ille suauis. Aliter demonstratur hoc ab incongruo, acuitas impedit odorem, odorata est aqua ardens: sicca enim & tenuis est, igitur si redit ad odorem grauem, oportet causam ibi esse immodicū humidum, aut putredinis speciem aliquam, aut frigiditatem, aut exustionē: uelut in terreis & metallicis igni expositis. at nullum eorum esse potest, igitur æther bene olet. Quod autē etiam uiolā redoleat, idcirco necessarium est: quia uiolæ odor ob id suauis sit q; non perpetuò

perpetuò ferit, & q̄p recreat: ac æther nō
 perpetuo redolet, q̄a odor à tenuissima
 substantia resoluit, & ideo statim perit:
 moriēs aut odor suavis est & quēadmo-
 dū recreat, particeps em̄ acuitatis est hic
 odor, acutū aut præit, cui succedit odor
 pprius: ideo recreat, & ob id uiolæ ima-
 ginem refert. Statim aut euanescere uio-
 læ purpureum odorem, eundemq̄ esse
 tenuissimū ipsa floris substantia ostendit,
 q̄ & minimus est & tenuissimus. Nihil
 igitur mirum est ab æthere tametsi tem-
 perato, prodire odorem hūc suauissimū
 & uiolaceum: quod neq̄ consistat, neq̄
 crassam ullam habeat substantiam, & al-
 ternet quasi ob temperamētum partiū.
 Sola enim uiola tēperata est ex his quæ
 bene olent. rosa enim qua parte olet, ca-
 lida est, & sicca immodicè. Videmus eti-
 am lachrymas Indicas plures, ut animā
 albā, & eam q̄ apud nos est, & Elemi uio-
 lam redolere, quanq̄ manifestæ sint cali-
 ditatis ob tenuitatē substantiæ, & incon-
 stantiam afficiendi olfactū. Vnde cōstat
 odores singulos unius esse substantiæ,
 præter-

præterq̄ uiolaceum: is enim fit languētē
 odore quouis moderato. Indicio etiam
 huic est, urinā eorum qui resinam larig-
 neam biberūt, aded manifestē redolere
 uiolam, ut ipsas uiolas nuper collectas,
 imo cumulū earum esse dicas. at quid la-
 rigneæ resinę uel urinę humanę cū uio-
 lis: cōtingit ergo id duplicē ob causam
 uelut in æthere, scilicet & q̄ tenuissima
 solū, fragransq̄ substantia resinę cum
 urina permeauerit, & quod odor urinę
 feriat per se. acutus em̄ est. attamen hoc
 interest inter utrosq̄, q̄ urinę odor ue-
 hemens est, & non sincerus, quia putre-
 dinis urina est particeps. etenim excre-
 mentū, & q̄ acuitas uehemens, unde nō
 nisi à potenti uiolæ odore superari potest.
 at omnis odor potēs ac ualidus aliquā-
 diu manet, quoniam quod magnū est,
 statim desinere nō potest: tale aut suaue
 esse non potest, q̄ non habent ortū cum
 interitu coniunctum, quod etiam in do-
 loribus et ceteris uidemus sensibilibus.
 duplici igitur causa urinę odor etsi uio-
 lā referat, nec sincerus est omnino, nec
 planē

planè suauissimus ut ætheris: quamobrem nec tam mitis aut iucundus. at de hoc etiam in physicis aliàs diximus.

Forfan q̄s nobis merito obiiciet illud, nunquid aër nō recreabit ac nutriet sp̄ritus non minus, imò melius q̄ æther? quid igit̄ æthere opus est? Deinde si iuuat ether, uel quia nutrit, uel quia mutat, at nutrimentum copiosius & firmitus ex uino q̄ ex æthere: maior q̄ copia. nam ether carior est, imò carissimus, ut ita dicam. multis enim aureis libra cōstat. Ex uino etiam aqua educitur uelut ex reliquis omnibus. declaratum est enim in libris de Subtilitate, in uino aquā contineri, & quomodo etiā citra ignis operam educatur. q̄ si ita est, haud dubium esse debet, quin ea per destillationem detracta, non sit inutilis. quid ergo erit hic æther, cuius maxima pars est aqua. Deinde si parum exhibebimus, quid proficiet? si multum ex eo, nōne in consuetudinem transibit? & uim etiam naturæ inferet? Est etiam alia dubitatio, quia quæ immutant, ubi desierint, res ad naturalem

turalem statum redit: uelut in senib. qui
utuntur rebus quæ ad uenerem faciunt
& in debilibus alicuius principalioris
membri ratione. nam ubi uis & uino
restaurati uires recepisse uidentur, ubi
restaurari desierint, in idem redeunt:
quamobrem opus esset perpetua æthe-
ris assumptione illiusq; usu assiduo. De-
mum si quicquam ether prodest, id effi-
cit calorem innatum confirmando, atq;
(ut ita dicā) augendo: at ita multo meli-
us præstat exercitium. quid igitur opus
est æthere, cum cuique exercitium in
promptu sit? Hæc igitur sunt in uniuersum
quæ mihi in hac causa nec absurde
obijci posse sentio, sed tamen res aliter
se habet. Primum igitur dicam quod ad
aërem attinet, illum certè posse uitam
longissimam efficere: ut si aliquis in pu-
riore æthere habitaret & supra nubes,
forsan absurdum nō esset credere quin
ad ducentos aut trecentos annos homo
peruenire nō posset. Atq; hoc forsitan est
quod poëtæ cornici & coruo tam diu-
turnam uitam ascribunt, quasi in æthere
magna

magna ex parte habitantibus multo uero longiorem phœnici, quòd adeò alte delitescat ut uix multis seculis uideat̃. Et Moses quoq̃ ante inundationē longissima uitæ spacia descripsit, quasi tūc aër purior esset. Sed mittamus fabulas et Theologorum opíniones, tum etiam quæ dubia sunt & solum præsentibus fidem habeamus. nonne etiam nunc in multis orientis partibus atque in India præcipue homines centesimum annum integri excedunt? cum aliqui etiam ad centesimum quinquagesimum perueniant, referat̃q̃, ut sæpius retuli de quodam qui tertium seculum expleuerit. Sed hoc mittamus. constat satis, in quibusdam regionibus præsertim in mōtibus ob aëris puritatem homines centesimum annū excedere. Ea igitur est uis aëris ut hoc facere possit, sed non licet illum tam facile eligere. hoc igitur multo magis præstare æther potest qui cum sit exiguus, tamen præsto nobis semper adest, & ob densiorem licet non minus aëre tenuem substantiam, efficacem &

permanentem operam exhibet, cor nutri-
 triendo, & spiritus temperando, calorem
 humidum cogendo repurgandoque. Itaque
 si quis recte perperdat quod maxime obesse
 credi potuit ætheris usui, id maxime il-
 lius uim presentem declarat. Quod ue-
 ro ad uinum attinet ac nutrimentum, li-
 cet uerisimile etiam uideatur, atramen-
 neque id obstat, sed potius in rem facit.
 namque uidemus, ut de ardente aqua so-
 lum loquar, & in dentibus & in uentri-
 tricula tam euidentem ac presentaneam
 prestare auxiliū ex octaua solum uncie
 parte, quod nec optimi monbasii uini
 libræ septem in tribus diebus afferre pos-
 sunt. Et tamē uinum illud cum alia mul-
 ta incommoda afferat tum prægrauabit
 naturam, tum etiam calefaciet iecur, &
 caput tentabit eousque, ut in ebrietatis pe-
 riculum inducat. Apparet igitur æthe-
 ris usum innocentia, celeritate & pote-
 state magnæ etiam quantitati in uentri-
 culi affectibus longè prestare, quandoqui-
 dem illo multo uiribus inferior, ardens
 aqua melior sit. at in aliorum uiscerum
 languo-

languoribus præsertim cordis, quibus opus est summa tenuitate & ne remoretur celerrima distributione, quanto æther omnibus alijs alimētis medicamentisq; generosior erit. Duplici autem uia illud præstabit, scilicet & nutriendo, ut dixi spiritus, ut alimentum potusq;, & temperando calorem naturalem humidumq; cogendo, & ut ita dicam, perficiendo. Iam uero & ut ad reliqua quæ obijciuntur deueniam, fatemur uino etiam defecato aquam inesse, & non paucam. et in æthere etiã ascendit, quæ admodum rectè dicit, in destillationib. semper primū aqua, sed quæ aqua? qualis exoleribus? minime sed concocta et in qua color quidā non contēnendus uiget. Hæc forsā dicet quispiā prius lineā tela separate expediet? minime quidem, nā sic robur et compages prius uini dissoluetur. Quid ergo agendum? probabitur ne æther cum aqua illa? Certè nam per circulationes commiscentur perfectè partes, quæ è ementa uocantur. Igitur in æthere dices rursus post separationem

eadem erunt elementa: Quid ni. Sed e-
lementi nomē multos decipit. Elemen-
ta dicimus & tria elemēta, ex quibus in-
ferior machina sub cœlo constat: & lite-
ras, ex quibus uerba: & partes in mixtis
ex quibus illa constat, & in quæ resolu-
uuntur. Elementum non est solum ter-
ra aut aër aut aqua, sed quodcunq; pri-
mum in compositione. Itaq; si dicas ul-
num aut carnem ex elementis constare
certum dices: sin autem ex tribus his
elementis, nequaq; non solum quòd de
sit in omni mixto aër, aliudq; sit aëris lo-
co, scilicet cœlestis calor, sed quod quæ
in mixtis continentur partes, nequaq;
sint terra aut aqua, sed terreæ certè aut
aqueæ, ita ut aliàs dixi, & aereæ et igneæ.
hoc enim in libris de Subtilitate decla-
ratum est. alia ergo est terra, quæ in car-
ne, alia quæ in ossè, alia in ligno, alia in
succo uel uino, alia in æthere. Quicquid
enim in mixto siccius est & frigidus, ter-
ræ loco habendum: quicquid calidius
& hūidius, aëris: atq; ita de cæteris. Hoc
igitur modo etiam in æthere, manifesti-
us

us autem in ardēte aqua quatuor erūt :
quas iuxta complexiones quidam con-
binationes uocare ausi sunt elementa.
tametsi illa in mundo alterius modi sint
atq; naturæ, numeroq; pauciora. Sed in
his iuxta hanc rationem quatuor partes
erunt. Alio modo iuxta destillationem,
quod enim ascendit primum, aqua dici-
tur estq; plerūq; absq; colore, odore at-
que sapore: nisi in paucis quibusdā re-
bus quæ etiam multum olent, & odo-
rem parti liquidæ coniunctum habent:
ut rosa, uiola & uinum. quod uerò se-
quitur pingue subrubrum, odoratius
pro aëre habetur. Ultimo quod maxi-
ma ui ignis extrahitur, magisq; naturā
sapis ignis ob exustionem q̄ sponte: atq;
ob id tetrum quiddam olet, nigrumq;
ob fuliginem conceptā euadit amarum
& acre insuaueq;, ignis solet appellari.
Ultimum quod in imo restat, nec ulla
ui ignis cogi ut ascendat potest, sed ad-
uritur planē, terra dicitur. Ita q; hoc mo-
do in æthere non omnia sunt elementa,
quia excrementum ultimum sublatum
MMM 3 est.

est: atque ob id & statim penetrat & liquefacit, & sumptum in potu nullam ad fecem humidi nostri naturalis facit accessionem, reliqua tria ita simul temperata ac commixta sunt. ut unum esse dicas.

Ob id igitur naturam etheris exquisitè deprehendere liceret, si partes elementorum essent potestate inuicem coequalles. sublata enim terra manifestè ad calorem et humidum declinat: quo fit ut humano temperamento, imò optimæ illius partì, scilicet innato calori per similes fit. uerùm id nolim nec ausim dicere, quod nulla arte aut cūiectura nobis consequi licet: scilicet, quòd elementa illius inuicem potestate aut mensura paria sint. Hæc enim minus necessaria scitu sunt quàm difficilia. Sed iam ad alia obiecta transeamus, inter quæ est dubitatio de quantitate: quoniam exigua portio non uideatur in tam magno lapsu omnium membrorum, qualis per senectam accidit, aliquid, proficere posse. magna autem quantitas primum non facile habetur, corpus que multum mutabit: omnis autem

Autem mutatio magna & ad melius & maxime repentina, qualem ex aethere fieri necesse, palam est in debilibus corporibus. suspecta & periculosa est: adde quod etiam antea obiecimur hanc multitudinem, ut etiam uini & ouorum & reliquorum salubrium auxiliorum ex cōsuetudine familiarem factam parum profecturam, et tamen mole sua corpus exagitabit & premet. Consimilis ratio est quæ sequitur, ut iam non contra æther tantum, si quis recte inspiciat, sed etiam contra omnia auxilia quæ hominis uitam producere possint, et in columitam illi afferre dicta putet. Quamobrē non uidentur hi noscere, quod multi talibus auxilijs ad ultimā senectam peruenierint: è quib. Fridericus tertius Imperator, et Venetus princeps Lauredanus nostræ ferme ætatis, certè eiusdē seculi, ad xcvl. annum peruenierunt, beneficio auri liquidi ut fertur. quanq̃ nomen id ad auctoritatem inditū esse rear: ceterū ætherem fuisse existimo. Marsilius quoque Ficinus & ipse eodem tempore flo-

rens, eandem metam attingit, quanquam non talibus usum existimem: Illud sat est, fieri posse ut exigua re uita diu & incolumis proferatur. Ille spem in auro, myrrha & thure superstitione potius ductus quam medica ratione collocauit. Placet tamen quod adijcit, huiusmodi medicamento putredinem innati humiditatis prohiberi, atque ob id ad uitae longitudinem plurimum conducere. quod non refello. Etenim constat hoc medicamento multos a comitiali morbo sanatos. Et ratio ista generalis uera est: prohibitionem scilicet putredinis humiditatis naturalis magnam ansam praebere ad producendam uitam, eamque incolumem ac firmam. Ad numerari potest hoc auxilium inter facile parabilia, si praestet quod ille pollicetur. Verum quae fides homini habenda: qui rem tanti momenti adeo pueriliter tractet, totumque humilibus fabulis impleuerit. Et unde maximam gloriam consequi poterat, ibi maxime uituperandus sit: uir alioqui eruditus, et de re literaria bene meritus. Ceterum
ut

ut ad rē redeā, nō ita fidendū est ætheris
 usui, ut senex uigilet exerceat immodi-
 cē deuoret nō mādat, uenere satietur, fri-
 gori calens iā se exponat. Sed nos præ-
 supponimus senē somno indulgentem,
 à curisq; uacuum, & ritē quantum licet
 cibos concoquentem: tum quiete, tum
 parcitate, tum electione ciborum aliaq;
 studiosē & prudenter agentem, rarissi-
 meq; delinquentem. Is igitur si experi-
 entia magistra rerum conuincatur, au-
 xilio exiguæ rei posse ad centum annos
 fermē uitam proferre, & satis integris
 uiribus, ostendamusq; omnium quæ ui-
 tē conferunt, nihil esse præstantius æthe-
 re: quid est quod quis dubitet, ex eius
 usu hominem non posse ad cētēsimum
 usq; annum pertingere? Natura enim
 ita comparatum est, ut omne quod est,
 simile sibi gignat & efficiat incorru-
 ptum manet ether nec ullis uitiatur cau-
 sis, neq; marcescit unq;: quid est cur eo
 uentes, tales fermē nō efficiat, & ab om-
 ni saltē putredine, defectuq; immunes?
 Optimē Homerus Deos immortales

esse dixit, q̄ nectare & ambrosia ueste-
 rentur. Et poëta illic rursus: Nectare &
 ambrosia quantum uolo si licet uti, Im-
 mortalis ero. oportet tamen illū, ut dixi,
 esse huius rei studiosum & robustum,
 atq; etiam ut in reliquis omnibus hac in
 re mediocriter fortunatum. nam nobis
 qui infeliciter nati sumus, atque abortu
 quasi eiecti, infauiste educati, et cui neq;
 sidera multum fauēt, sanitate perpetuo
 neutra, ut Galenus dicit, forsitan parum
 hæc proderunt: & tamen si præoccupā-
 re contingat in tanta temporis penuria,
 non despero præparato medicamento
 magnā me posse facere accessiōem ad
 uitā. Sed duo tamen uidentur præcipua
 commoda in ætheris usu exigenda, quæ
 si adsint, optima spes esse debet cuiq; ut
 intentum ex eo cōsequat̄, ea sunt ut be-
 ne dormiat, & ut dentes sint firmi: quæ
 ambo cum mihi desint, hæreditaria cala-
 mitate certe spem consequendæ tantæ
 utilitatis nō parum minuunt. Etenim se-
 nibus multa incommoda accedunt, in-
 ter quæ duo hæc maxima, quæ quasi cir-
 culo

culo quodā augētur: nam ex his homo celerius senescit, & senectus ipsa hec incommoda auget quibus tñ & æther utilis est, ut suo loco docebimus. Itaq; si aliqua bona fortuna mihi inter tot negotia, adeoq; assidua aliquantulum ocij suppedicaret, sperarem parato hoc præsidio adhuc multis annis posse superuere nisi casu aliquo aut renum calculo opprimerer quāuis hunc nuncq; sim expertus: sed ætheris auxiliū, cū ad reliqua nō ita ad prohibēdā calculi generationē est accommodatum nam et de hoc infra disputabimus. Sed ut uideo, oīa partem suam exposcunt, ars, natura, astra, prudentia, fatum. Nam quod de exercitio obiicitur ac creditur, ualde diuersum est ab ipso rei euentu atq; ueritate. neq; enim adeò utile est senib. ut quidā existimāt nempe Galenus quito de Tuenda sanitate inquit: Post frictiōē cum oleo inambulatio & gestatio senib. sed quæ citra lassitudinem sit, conuenit, deinde subiicit: Exercitationes solum his conueniunt, qui corporis optima sint consti.

constitutione, cæteris non nisi per robu-
 stiores partes. imbecillæ nullo modo
 sunt exercendæ. Sed neq; insuetis exer-
 citationibus, neque molestis aut diutur-
 nioribus, aut uehementibus. uel etiam
 quæ partem alicui symptomati obnoxii-
 am uexare possint uelut in uertiginosis
 reflexus circuitus, aut iuxta moletrina.
 Dicitur est autē de his à nobis in libris
 de Sanitate tuenda: nunc uerò satis sit
 ostendisse exercitationem senibus non
 conuenire: ni per exercitationem, deam-
 bulationem aut equitationem intellexe-
 ris. Et certè hac in causa plura mihi oc-
 currunt: atq; illud primum, cur senium
 extendere liceat, iuuentam & reliquas
 ætates minimè: an forsan & illas exten-
 dere licet? sed paululum, ut simul tamē
 omnes collectæ senectutis, etiam spaci-
 um augeant. Et an forsan nihil horum
 facere licet, sed ea quæ impediūt solum
 amouere? Cur etiā pauciores ex his q̄
 normam Galeni secuti sunt, ad id tem-
 pus uitæ maximū peruenere, q̄ qui for-
 tuito uixerunt? ut etiam ipse Galenus,
 ut

tit referunt, neq; lxx. annum uidere potuerit, q̄uis robusto corpore, ac satis bene temperato. Deniq; cur exercitium in iuuenibus uitam producat, in senibus uero breuiet: nam nisi hæc quæ alibi explicata non sunt, quis intelligat, discrimen exercitationis & usus ætheris assequi non poterit. Ergo ut de primo dicā, neq; unam neq; aliam ætatē extendere licet, sed licet breuiare. Senectus exercitatione fit breuior, nō reliquæ ætates: quoniā in senectute id accidit q̄ lingnis siccis, seu em̄ inflectantur seu trahantur, franguntur: uiridia aut non franguntur, quia & intenduntur et flectuntur. Ergo exercitatio illa nihil affert commodi ad uitæ longitudinem, tametsi in pueris ac iuuenibus proceriora, pleniora & robustiora efficiat corpora: quæ cū ad formā illorum conueniant, etiam utilia sunt Reipub. & militari disciplinæ, sine qua urbes securæ non sunt. Cæterum quod ad uitam attinet, nullum afferunt illius longitudinī cōmodum, sed potius adiungunt, auocant enim calorem extra, & motum

motum magnum efficiunt: unde resolu-
 tio maior humidi, & hominē copiae cibi
 & potus affuefaciūt, adeo ut in senio cō-
 suetudo mutata periculum uitae afferat:
 conseruata autē mortem acceleret. Prete-
 rea mēbra exteriora exercitatio roborat
 adeo ut in morbis senū qui plerunq; ab-
 cessu aut trāsmutatione finiūtur, decu-
 bitus necessario ad interna mēbra fiat:
 unde mors sequit̄. Itaq; hāc ob causam
 podagrosi saepe diutius uiuūt, integrē sa-
 nis, si recta uictus ratioe utātur, quia de-
 cubitus materiae febrilium dū consenue-
 rint, ad articulos citra uitae discrimen fie-
 ri consueuit. Vnum forsā bonum facit
 quod perfectiori coctioni (et ut ita dicā)
 expressioni intimioris succi habiliorem
 reddat. Verum in senio cum eadem &
 maiora afferat incommoda, nec has uti-
 litates exercitatio praestat. quamobrem
 non est quod quis exercitiij usum nobis
 pro aethere proponat. in senibus enim
 auocat calorem à membris regijs ad ex-
 trema, qui cum sit exiguus, dissipatur:
 inde functiones omnes euertuntur que
 ad

ad uitam sunt maxime necessariae. Ex-
tenduntur etiam uenae pulsatiles, solida
membra colliduntur, appetentia cibi pra-
postera et maior quam debeat excitatur.
transferuntur excrementa in loca non
educationi apta, unde grauedines, lasitu-
dines, abscessus, febres, cateruaque malo-
rum. accenditur calor ipse et resoluiturque.
Constat itaque exercitium omnino seni-
bus fugiendum. nec Galenus illud probat,
nec tamen aperte dānat, ut debuit, quo-
niā illius offensam non perfecte affectus
est. Sed obijcies denuo, aether tamen sic-
cat: quae siccant, senibus sunt fugienda teste
Galeno. Hic rursus ille in iudicium uo-
candus est: qui cum uenia dictum sit, ma-
ximas res nimis oscitanter tractauit, cir-
ca minimas plerunque nimis diligens.
Quis illius mentem interpretari poterit
de uictu senū? inquit enim: A siccis om-
nino medicamentis senes abstinere de-
bent: quod si necessitate deducti uti co-
gantur, ad humida se transferant. & ta-
men melle nihil illis melius esse uult.
quod siccū statuit. sicca quoque cibaria il-
lis

lis congruere tam apertum est ut nemo neget. Sed hæc in libris de Sanitate tuenda, contradicentiumq; medicorum exposita sunt, hoc quidem sponte exhibuimus, alij cum erit occasio alicuius principis qui uel saltem propriæ utilitatis, si non communis (nam id uix hoc tempore sperare licet) in lucem prodibunt. Hi etenim longè magis necessarii sunt ad hominum salutem, q̄ libri in philosophia aut mathematicis ad ueræ cognitionem: quod Galenus nec uitæ producendæ nec causarū mortis rationem intellexerit, sed communibus tantum principijs innixus, plus contradicendo studuit q̄ usui atq; inquisitioni, ut par erat tantę rei complicandę. Sed cum nō sit huic tractationi locus hic, sed solum de Aetheris usu, ad eundem redeo. Veruntamen antequā de eo dicam, id primum q̄ alibi à me tractatum non est, prius discutiendū est: scilicet quæ nam potissima causa mortis sit in senibus. an siccitas seu humidi consumptio, ut Aristoteli placet: an illius cōuersio atque permixtio

mixtio, ut medici antiqui, & maximè
 Galenus existimāt: an corruptio et pu-
 tredo, ut etate posteriores uolunt: quib.
 hoc fauet argumentum, q̄ paucissimi
 senes sine morbo perēunt: pauci etiam
 deficientibus uirib. sed pleriq̄ ex febre
 uel abscessu, ut appareat mortem ob pu-
 tredinem illis contingere. Multum au-
 tem interest an hoc uel illud in causa sit.
 nam si siccitate mors fiat, humectādum
 perpetuò: si permixtione, serosa excre-
 menta tum frigida & glutinosa educen-
 da: si putredine, exiccantibus utendum
 atq̄ extenuantib. tamen si illa humidum
 natuum consumant. Eiusmodi aut est
 dubitatio. Verum hæc omnia in causa
 mihi esse uidentur, sed eo ordine, ut pri-
 mum permisceri in senectà humidum
 pingue cū aqueo incipiat, inde ex hoc
 tū multis alijs causis putrescere demū,
 etiam sicari, ita ut debiliores maxime
 ab initio ex sola mixtione euertant̄, ro-
 bustiores putredine, qui exactissime
 sunt reperiati. tum arte quadam uiuendi
 optime instituti, tū naturaliter ad extre-
 NNN mura

mū consumptionis natiui hūidi perueniunt, atq; in his etiā ordo quidā est. nam quibusd̄ humidū rarius senectutis extremū terminū accelerat, alijs d̄sum in longū producit. atq; hæc est ratio uitæ producendæ, aut mortis accelerandæ.

Ergo ut ad cœptum institutum redeam ætheris usus uidetur omni ex parte utilis esse: nā seu humidum purgādum sit, seu prohibēda putredo, in utroq; utilis est, ut qui separet & siccet atque educat. neq; hæc exiccatio noxia est, quæ humidum pingue non adurit unde multis uini potentis usus perniciosus est, dum pingue humidum aduritur. Quid igitur utilis est ad retardandū humidū in nati exiccationem atq; senectutem æthere ipso: nam duobus periculis sublatis mors ipsa maximè differtur. Forsan quæret aliquis, an etiam nutriat: non æquidem: hoc enim sperarunt qui aurum solvere se posse iactant, atq; id merito, si fieri posset: at non fieri posse infra demonstrabimus. Verū hac in causa eadē est ratio seruanda quæ mulieribus neq; enim
lucrari

lucrari didicerunt quicquid, sed ut quod est parcissimè distribuendo, diutissimè duret. moderari igitur oportet consumptionem hanc solum, non restaurare, ne regressum in ætatibus, ut apud Platonem, constituamus.

Propter hoc forsitan non malum erit causas modumque mortis declarare, ut quomodo ex ætheris usur ei occurrere liceat dignoscamus. Sunt autem in senibus modi quatuor facilioris mortis ac magis necessarii quam in iuuenibus. Vnus qui nec per se est, nec principalis, cum uel ex laboribus uel uigiliis aut curis uenerit senex opprimitur: ad omnia ut concidat paratior ob natiui caloris imbecillitatem, & præsertim à frigore grauitèr leditur, ob curis & musculorum membranarumque raritatem, pinguedinisque carentiam, & ad lapsus percussionesque. nam & facile luxatur ossa, atque franguntur, & fracta luxaturæ difficilè reducuntur ac restaurantur. Principaliter uero non autem per se quibus uel uentriculus uel caput præcipue debiliora sunt aut aliud membrum

NNN 2 necessa-

necessarium, aut quia dentibus (ut sup̄e
 rius dixi) carēt. Vix enim fieri potest in
 tam longo temporis cursu, quin mem-
 bra aliqua inæqualiter grauiterq̄ affe-
 cta sint magis cæteris. neq̄ enim trutina
 inter tot labores, uictus errores, curas,
 incommoda, casus, aliosq̄ uitæ anfra-
 ctus adeò æqualis stare potest, ut non u-
 num alio membrū magis afficiatur: quo
 affecto omnia in illud mala incumbūt.
 q̄ si uitæ necessarium sit, mors pro fori-
 bus astat: si nō tales diutius plerunq̄ ui-
 uunt, quam qui magis ualere uidentur,
 ut podagrīci & qui ulcera in crurib. dif-
 ficulter sanabilia patiuntur. Per se uero
 & principalis modus est, cū absumpto
 humido innato homo statim interit ex
 pulmonum duricie, ut Aristoteles re-
 fert. Atque id rarissimum est, paucissi-
 misq̄ cōtingit. pleriq̄ alij quib. dictum
 est modis, aut per se non principaliter,
 quorū est maximus numerus, fato præ-
 ripiuntur. Est autē hic modus, ut ita di-
 cam senectæ familiaris. Cū enim calor
 extinguatur siccitate oborta in mem-
 bris,

bris quæ nos radicalia seu spermatica, id est, è semine genita appellamus, eo fit ut membra contrahantur, unde senes incuruari conspiciamus. multo tamē antea teneriora & tenuiora contrahant ipsi ossibus quemadmodū membranae, uenae, arteriaeque, tum uerui: unde fit ut facile obstructionibus corrumpantur, & praesertim quid ob caloris inopiā excrementa multa frigida tum tenuia, quæ serosa uocantur, tum crassa, à quibus hæc facile contingunt obstructiones. Ex neruorum & siccitate contractionibusque, quando quidem & plurimo indigent spiritu ob duriciem, et minus transeat ob contractionem, exoriuntur resolutiones, quas uocant paralyses. tres igitur hi morbi seu morbificæ causæ senectuti familiares sūt ac mortis causæ, licet non principales. attamen per se resolutio neruorum, seu stupor quidam (non enim exactus morbus omnes occupat, sed pars quæ adeo exigua est ut nonnunquam senes se optimè sentire, & mouendi facultate praeditos esse existimēt) quanquam in paratis manife-

ste se prodat. atq; eadem causa est infana-
 bilis serosi humoris copia, & obstructio
 meatuum, præcipuè angustiorum, non
 solum ob crudi crassiq; humoris abun-
 dantiam, sed ipsarum uenarum tam pul-
 satilium q̄ non pulsatiliū, contractio-
 nem. unde etiā ex hoc fit, ut qui ultima
 atate sunt, pulsus inæqualitatem absq;
 morbo ob pulsatiliū in pulmone uena-
 rum contractionē patiantur. atq; his ni-
 hil amplius deest, q̄ ut cōtracto paulisp̄
 pulmone statim absq; alio morbo intere-
 ant, q̄ solū mortis genus ab Arist. natura
 le cēsetur. Porro ut ad rem propositam
 reuertar, ex serosi humoris abundantia
 etiam multæ mortis occasiones obori-
 untur, lōgeq; plures q̄ ex resolutione,
 multo tñ pauciores q̄ ex obstructioni-
 bus. Igitur ex serosi hūoris copia, si ho-
 mo negligēter se gerat, primū malus ha-
 bitus, quem cachexiam uocāt exoritur:
 inde hydrops ascites, aut carnosa, non-
 nunq; tympanites oritur & fluxus uri-
 nae & febres, multaq; alia, ut destillatio-
 nes præsertim, ac febres: sed & flatus a-
 liaq;

liaq; symptomata morbiq;. Ob id Galenus in his educendis studiosus fuit, & merito: sed segnior in crasis. Verum de his alias diximus forsan et aliquid perijt descriptis circa hoc. At obstructions repentinas mortes, febres, & ex his etiam abscessus dolores graues, tabes mortescq; licet seras, attamen euitabiles insanabilesq; morbos, ueluti scirrhos & ulcera chironia pariunt. Ergo si exercitium immoderatum obstructioni senum accedat, mors parata est. Febris enim diuturna ob lentorem crassiciemq; humoris, & ualida ob sanguinis inflammationem, & uirium imbecillitatem facta, mortem affert ineuitabilem. ob id igitur omnium excessum in senibus periculosissimum est exercitium, inde uenus, sed hec si non subito noceat, non tam periculosa est.

Dicitur est igitur, quantum satis est huic presenti negotio de mortis causis in senibus. at nunc de aetheris auxilio uerba facienda sunt, uidendumq; nunquid eius usus omnibus his noxis satisfacere possit, omnibusque periculis resistere.

Equidem uidetur utilissimus serosis excrementi educendis, postq̄ uel uinū flauū non solum elysir & aqua ardens multum conferunt. Etenim hæc urgēt eum humorem, excalesciūtq̄ corpora. Sed ad humores crassos attenuandos, colliquandos incidendosq̄ plurimum conferunt hæc: multo magis ergo æther quod tanto hæc superat tenuitate similitudineq̄ cum humana natura, quanto caliditate atq̄ siccitate, ab eis uincitur. Sed & ad humectanda corpora plurimum potest dum nutrimentum alimentumq̄ iam concoctum miscet membris atq̄ idē agit q̄ hi qui resinam ceræ iam friabili miscent. Ergo ætheris usus ad omnia hæc generaliter confert, & ob id etiam iuuentuti ut ita dicā, instaurandę. Sed ut singullatim illius utilitates referam præter cōmunes iam dictas, in quibus non solum quantitate & tempore opus est, sed etiā recta uictus ratione: quippe nō solū errantibus ac delinquentibus nōnunq̄ æther inutilis erit, sed & multis oberit fidētibus ob illius usum uiribus proprijs

pprijs iusto nimis. nā aliqui ut dici solet
saphogeros illud uulgatū uetabunt:

Debit inde senex qui nunc Acheronticus esse,

Ecce amat, & capiti florea ferta parat.

Ita exercebūtur ut Plinianus ille stul-
tus uetulus hac in parte cum laudatore
suo, aut conuiuabitur, aut publicis ne-
gocijs uelut iuuenis se immiscebit:
Quis nescit his omnibus ætheris usum
perniciosum non salutarem futurum?
quandoquidem noxa maior & certior
sit longē ipsa utilitate. Itaq; neq; noster
senex si sapiat, plus assumet huius necta-
ris, ne cogatur prurire. & plus uelle q̄
possit: neque etiā moderato usu in-
tempestiuæ aut immoderato fidet, nec
etiā cum eo prauo utetur regimine.
Generaliter igit̄ his tribus modis plus
asserre incommodi poterit quam utili-
tatis. neq; enim ulla res tam homini ac-
commodata, ut per se bona esse potest,
quin abutendo plus non asserat dāni q̄
beneficij. Et ut uno euidentissimo exem-
plo bifariam ex sententia Hipp, id osten-
dam, sufficiat illius sententiam de iuue-

num ac fenum comparatione adducere inquit enim, seniores iuuenib. egrotant minus. Et rursus iuuenib. sanguinis sputa & tabes. Quid hoc est, inquit Galen. cum iuuentus aded robusta sit, ut paratiores sint morbis, & generaliter & singillatim periculosissimo? respondet & recte utriq; quoniam senes meliore uictus ratione utuntur, & iuuenes maximis erroribus circa uictus rationem implicantur. apparet igitur nihil esse tam salutare aut precipuum bonum, quin si quis sinistra utatur, non sit illi quandoque exitio futurum. nec solum medicamenta, sed probitas inconsulta, scientia, fortitudo, ingenium non opportunè casibus adhibitum. Mirabitur forsan quoniam pacto, cum iam uires licet caducæ reparatæ, sint futuræ tamen diuturnæ atq; constantes perpetuo, huius medicamenti usu: possint hæc obesse, ut crapula labor, Venus, uigilia, curæ quas iuuenis aut omnino non curat, aut leuiter fert? Causa est, quoniam si naturalis calor qui in uenis continet, seu pulsantib. seu

seu quietis augetur plus quam par est, non potest diu manere: quoniam calor qui in membris uiget non tantū fomenti suppeditat, ut cōseruari possint. actiones autē sunt membrorum influens autem calor instrumētum. Ob id ergo nil melius est q̄ calorem purum cōseruare atq; etati p̄portionē respōdentem: cum nō minus damnosa sit calorīs in senibus ultra metā auctio, q̄ periculosa imminutio. Sed iā ad propositum reuertamur.

Conuenit ether primū tinnitui ac surditati minus tamē confert huic morbo, quod sit inexpugnabilis. assumere licet per os & in aurem, quatuor aut quinque guttas singulis diebus instillare. dētium stupori, dolori atq; alijs morbis si teneatur in ore, & epotum. Idem confert memorię. semper autē ne sæpius repetere cogar: assumi bifariam debet: & per os & exterius applicari. parū tamen hoc in casu, q̄ etiam reliqua auxilia non multum prosint. At conuulsionem puerorum, q̄ uocāt aliqui matrem etiā iuuat epotus, inunctis pedū plātis atq; ē regione uentriculi

triculi, quod in elysir sum sepius exper-
 tus. Resolutioni adeò accommodatum
 est auxilium ut in Germania audierim
 multos ex ea curari uel solo (ut dictum
 est) elysir quāto magis ac securius ethe-
 re ipso, cuius quantitas exigua potenti-
 or est copia, tutior atque securior. Ad
 uentriculi lapsus, ad coli dolores presen-
 taneum est auxilium: quandoquidem
 aqua ardēs uel sola hoc prestat. Neruo-
 rum imbecillitati pariter ac iuncturaru,
 eademq; ratione; urinæ incontinentiæ,
 modo sine urigine sit, maximè confert:
 quin etiam cordis palpitationi et his qui
 animo linquuntur, atq; dolorib. ferme
 omnibus (acopum enim est) iuuat & fri-
 gidos, & lymphaticos ac tremulos, sed
 hos non adeò ac melancholicos: Ulcera
 omnia caua, sordida, maligna purgat, mi-
 tigat temperat, siccatur, demumq; conso-
 lidat absq; ullius noxę suspitione. Scir-
 rhos discutit quatenus discutere licet,
 intus quidem per se, exterius uerò cum
 mollientib. adhibitum Cicatrices etiam
 obscurat illitum, & odoratu recuperan-
 do

do confert. Syncopis autem & deliquij
animi neq; aliud melius neq; p̄sens ma-
gis est auxilium. Vermes quoq; enecat
sed tamen hoc non primas obtinet par-
tes: oris odorem cōmendat, ac sudoris,
tussim sedat et cibi appetentiam excitat
febrium rigores compescit: menses me-
diocriter prolicit. Omni hydropis gene-
ri egregie conducit nec scio cui minus
sit utilis. Ob id etiam bonū corporis ha-
bitum restituit uocē clariorem efficit, et
spirandi difficultatem leuat. Hæc omnia
ac longè plura præstat æther sed minima
consulto præterij, ut de illius usu loque-
rer. Exhibetur ergo drachmæ secunda
parte, & per se solum: aliquanto etiam
plus p̄portione, quæ in ore dum deglu-
titur, perire solet frigidum: nam calore
euanescit. Vtrū id summa accuratione
cauendū in omni ætheris exhibitione,
ne reliquie ullæ ciborum aut pituitæ in
uentriculo remaneant, sed somno uomi-
tu deambulatione medicamentoq; dili-
gentissimè procurandum, ne quicq; in
uentriculo relinquatur ante assumptio-
nem.

nem. Post autẽ modo horula decurrat,
 cibum assumere licet. Immiscere autem
 alia uix conducit, permittit tamẽ præci-
 pue in uentriculi laboribus. Ratio autẽ
 quantitatis ex hoc deducitur quod qua-
 drans ex triente fit, centuplum trientis
 drachmæ, uncia quatuor, q̄ Mombalii
 quantitas collapsas uires restituere so-
 let. Sunt tamen ætheris diuerse quædam
 species non solum ob materie diuersita-
 tem, sed & tempus & modum. Est enim
 aliud æther uini, aliud mellis, aliud man-
 næ seu roris Syriaci, aliud chelidoniæ.
 atque hæ præcipue species: aliud etiam
 quod ex prima ardente aqua deducitur
 aliud quod ex secunda, aliud tertia atq̄
 sic deinceps. Cũ enim ex uino pars quin-
 ta aut sexta solũ in ardentẽ aquam tran-
 seat, reliquũ in crudã ac insipidã adeo q̄
 grauem: ut illa igni extinguendo meli-
 or sit fõtis aqua, quæ prius exit, optima
 et ardētissima ac suauissima: quæ ultimo
 proxima aquæ simplici. necesse est igitur
 duobus terminis tãq̄ extremis constitu-
 tis media talia esse, iuxta propinquitatẽ
 ad

ad alterum extremorum. Iam igitur assumantur quatuor termini, quorum quartus sit quintuplus, reliquis simul sumptis, proportio autem eadem, ex demonstratis in opere perfectio erit: ut ex uncijs 2688. uini. educatur aquae optimae ardentis unciae decem tantum. Cum enim constituerimus maximum in quintupla proportione, ad aggregatum ex alijs, erunt ex assumptis ab Archimede reliqui in proportione sexcupla, ut sint 2240 pro fece 337 pro deterrima aqua ardente, 62 pro mediocri optimae 10, quorum aggregatum est 2685, quod quam minimum distat a 2688 uini pondere. Quod si assumatur uinum ex quo quinta pars prodeat aquae ardentis, ut primus terminus scilicet sex sit quadruplus reliquis pariter acceptis erit sex 2150, aqua deterrima 430, media 86, optima unciae 17. atque hac uideatur maxima quantitas ardentis aquae optimae quae possit elici. mediocris igitur est unciarum 14 pars centesima & nonagesima secunda. Ex Mombasio igitur uino aut Graeco, alijsque quae non solent

solent intra decem annos senescere plus
 sane excipi potest, à Mombasio centesi-
 ma ferme pars, à Falerno & Cæcubo (si
 nunc in usu essent longe plus. Expedit
 ergo generalem pro omnibus uinis ra-
 tionem tradere. Excipe ex portione a-
 quæ ardentis quantum potes: deinde
 considera quæ nam sit pars aquæ ipsius
 fecis relicta, cum iam non ardens aqua
 exit, sed absq; odore saporeq; qualis igitur
 pars est ardens aqua totius uini, ta-
 lis pars erit deterrima fecis, & deterrimæ
 media & mediæ optima. Colliige igitur
 ex cõsimili uino primã partem opti-
 mæ correspondentem: secundam me-
 diæ, ultimam deterrimæ: Videntur enim
 tres termini unicuique rei satisfacere;
 postq; amissis capax non est mortalitas;
 omne ferme gentium genus ad hunc
 numerum, in quo posituum esset com-
 paratiuum, atq; superlatiuum se contra-
 xit. Aetheris igitur materiæ causa tot o-
 portuit accipere differentias.

Cum igitur optima sit aqua, quæ pri-
 mum educitur, quærendum est cur id
 con-

contingat: nam in herbis & plantis metallicisq; tum carnibus aqua primum effluit insipida; inde pars calidior: hic uero contra cōtingit, ut quod primum effluit, sit acre atq; calidissimum. illud etiam inspicere decet, quod ad naturam rei pertinet, scilicet an aër, ut dicunt, ante ignem an contra, uel uterq; simul, an solum hoc discrimen coctionis ratione proueniat. Magna quidem hæc quæstio est, eosq; præcipue fatigat, qui calida frigidaq; medicamenta constituunt: nos autem non ita, qui quadrifariam calidū intelligimus, in igne, in animalibus, in mixtis, atque animæ familiare: quod commune est plantis & animalibus ex quo cuncta generantur. neq; enim sentitur hoc sensu, sed sola operatione percipitur: aliud uero est animalib. proprium, quod perpetuo fluctuat, estq; cum motu coniunctū: aliud est quod in igne percipimus quo etiam incalescimus, atque id inconstans semper. neq; enim stare potest, sed si nō auget, minui necesse est. aliud uero in pipere atq; mixtis inanimatis

○○○

nimatis

nimatis. Dicimus & aliter ac quasi pluri-
 bus modis etiam humidū, uelut quod liqui-
 dum est. at hoc non nisi nomine tale est,
 ut nec piper calidum. neque enim tale pri-
 mum est, neque etiam dici meretur, sed ut
 alias docui, prius quidem ipsum est acre,
 inde calidū: nō acre, quia calidum. Sed
 his semotis rē quæ ante oculos proposui-
 mus, exequamur atque discutiamus. Cur
 est quod ex uino ardens primum aqua
 effluat, ex carnib. autem & olerib. insipi-
 da: an id forsan commune est succis om-
 nibus: sed non ita: nā non in lacte. Efflu-
 it igitur primum quod gustu percipi-
 tur: ut in uino austerum & suaue, quod
 ab igne fit acre: in melle dulce, in olerib.
 insipidum. hic enim primus sapor ob a-
 bundantiam aquei humidū, sed latitat in
 plerisque ut priuatio sub facultate. Ete-
 nim nasturtium acre, & absinthium a-
 marum primum uidentur, non quia ita
 sint, sed quoniam ubi degustaueris, in
 imo acris sapor, in altero amarus insipi-
 do superueniens, illum abscondit: Ergo
 si balneo aquæ destilletur, hæc saporis
 partem

partem emittunt, partē amittunt. amittunt ob id, quòd sapor ille in tenuiore substantia est quā aqua: scilicet quā p̄portione igni respōdet, nec tñ pinguis est, ideo euanescit. herbę ob trūci inanitatem & uite breuitatē, prāter quā in semine, parū pingui humidi cōficere possunt. Dum igit̄ excipitur aqua aduritur humidum pingui proportione respondens, in quo sapor, odor & uis plantæ est: ob id nec in aqua quæ excipitur, nec in eo quod relinquitur, uis propria aut sapor uel odor manet: itaq; balneis ac melius alia ratione, quam igne uis ea colligit̄. E chelidonia ergo, acri planta, etiam sua ætheris species excipitur: tum uerò ex rosa, quòd uis illius aqueo elemento non solum, sed ob copiam ubique diffusa sit. ex uiola etiam, nam & in ea odor aquosę parti coniungitur. Verùm quia hæc humido pingui carent, ac ignea partē, in ætherem uix transeunt. Chelidoniæ autē succus, transit, tum uel manna, seu ros Syriacus multaquę alia huiuscemodī. Ergo ut ad institutum reuertar, ardentis aquæ,

portio prima igni atq; aëri respondet: se-
 cūda igni aëri, et aquæ ob hoc impurio-
 ra: tertia aquæ & aëri. Si igitur ex prima
 ignem subtraxeris, ex secūda aquam &
 ignem, ex tertia aquam, attenuata & be-
 ne mixta per circulationem, materia in
 ætherem transibit. manifestum est igitur
 quòd ignis circulatione euanescit utpo-
 te pars tenuior & acris, aqua relinqui-
 tur ascendente prius aëre. Ergo si par-
 tes hæ circulationes concoquantur, se-
 cūda feculenta euadet, & tertia inua-
 lida. frigidioribus igitur & exanguibus
 & diuicibus prima erit utilissima, ut
 quæ exactissima sit. In calidioribus &
 his qui minus uiribus destituti sunt, im-
 pleriq; quoquo modo desiderāt, quicq;
 impensam perferre non possunt, secūda
 atque etiam tertia utemur. tamen si e-
 nim impensam circulationis tertia uix
 sustineat, ob copiam tamen utilis erit.
 Quod si ad quadrantem deducatur, po-
 terit cū utilitate absolui. erunt enī uncie
 107 materiæ satis mediocris. Illud tamen
 aduertēdū esse etiā præter id in primate
 nūta-

nuitatem quandam præcipuã naturę do-
num. Itaque manifestum est quibus &
quomodo æther constet aut conueniat.

Reliquum est autem nũc, ut de uini
genere dicamus, tum etiã ætate ne quid
operi nostro, quod ad disputationẽ ab-
solutam conducat, de æthere desit. Cer-
tẽ Mombasium tanto, ut dictum est, sua
uitate Græco uino (Romaniam hi uo-
cant) præstat, quantum ab isto uí uinci-
tur. Sed Græca uina pice condiri solent
hoc autem inutile ob multa. non enim
solum quod compositum & peregrina
qualitate infestum ac exhaustum pro-
prijs uiribus, sed quod cogatur omnem
uim acquisitam circulatione relinque-
te, ita ut nec natium nec alienũ robur
retineat. Sed neq; antiquum, q; plerũq;
uetustate acersit, nec nouum, ubi plus
fecis & aquæ q; uini; sed postq; defer-
buerit clarueritq;, & nõdum suauitatis
quicquam amisit. Iam uero & de specie
agendum est, siquidem tenuitatis non
tã ratio habenda est, q̃ dulcedinis & sua-
uitatis: ut Mombasium & uinaciolam

OOO ; potius

potius uelim assumere, q̄ uina potentia
insuauia tamen, quanq̄ multi uinum rur-
brum flauo præponant. Defecatum igitur
uinum dulcissimum atq; odoratissi-
mum, & quod non nisi multis annis se-
nescat, ad opus hoc adhibeto.

Verum ubi detraxeris aquam, & in
etherem ipsum iam conuerteris, diligen-
ter cauere oportet, ne in auras euane-
scat. Id uero agit tam celeriter, ut mire-
ris. Calor enim intus seruatus motu aë-
ris coadiuuante, tam subtilem atq; ela-
boratam substantiam, statim in aëre atq;
naporem resoluit: & quod deterius est,
semper pars melior ac preciosior prom-
ptius euanescit. Ob id solent artifices ui-
tro eum seruare. Occludere autem uas
subere atq; cera, mihi hoc neque tutum
uidetur, neq; utile. nam cera odorem re-
mittere solet, & liquorem coinquinare,
præsertim quæ resinæ fuerit coniuncta:
suber autem non prohibet quin euane-
scat. Vtrum uerò uitrum etiam aliquid
exhalare permittat, dubitatiōe dignum
est. Videntur enim omnia mortalia cor-
pora

pora peruia. quandoquidem frangantur, ut Aristoteles sentit: non tamen omnia remittere humorem, quod oscula illa parua. quæ Græci *ωόγους* uocant, non tam lata sint ut humorem concipiant, nec inter se conuiuentia. Indicium est quod aër non exeat, multo minus liquor ullus, quem palàm est, quantum eūque sit tenuis, aëre tamen crassiorem esse. Vtrum uerò uitrum, auro densius sit, si ea ratio attendenda est Aristotelis, quod quæ franguntur ob meatus frangantur, aurum densius uitro fateri oportet. at non ob id seruandus æther potius in auro, quod densius, sit, sed quoniam & difficilius frangitur & aptatur melius, & boni aliquid medicamento præsertim tam tenuis substantiæ adijcit. nam quod non frangatur uitrum ob poros, ita demonstrare licet. Sit uitrum quod frangat, per a b c. inanes partes. hæc igitur aut inuicem conuiuent absque medio, atque sic totum erit inane: aut media quedam sunt, ut d & e quæ uel solida sunt, aut inania et uacua: si uacua, adhuc erunt

quædam media, quæ si solida sunt, nonne in primis consistere poteramus: in quibus seu consistamus, seu in alijs, par ratio est. solidum enim frangi conuincitur. ne igitur solida ex uacuis infinitis constare fateamur. melius est dicere, ipsa frangi. Sed Aristoteles non cur frangerentur, sed cur facilius frangerentur edocuit. at franguntur proprie ob tenuitatem. omnia autem plena poris, pro ratione quantitatis, tenuia esse necesse est. Indicio etiam est frangi quæ tenuia sunt & plena poris: quod leuia plerunque facile, grauia autem tum in eodem genere, tum etiam in diuersis, difficulter franguntur. Quod si pumex aut arundo non facile franguntur, quoniam crassa sunt, id euenit. totum enim ut dici solet, transuersum considerari debet. De lentis autem & cõtumacibus alia ratio est. Nunc igitur id nobis sat erit aurum aut minus poris esse plenum, aut qua parte solidum est densius esse: nam quod uitro grauius sit, nemo dubitat. Ob hæc ergo auro æther seruandus est, qui non possunt

possunt uitro. atq; eadem esse debet ratio omnium preciosissimorum liquorum. Si igitur auro seruetur, os occludi debet embolo masculino in cochleæ formam fabricato, sic ut multiplicibus spiris ob longitudinem, ac strictim metalli natura, ob molliciem & leuitatem hoc admittente, inseratur. Adiuuat hanc conseruationem ipsa etiam uasis frigiditatis maior quam in uitro, qua etiam admonemur, ut uas ipsum in frigidiore loculamēto reponatur, qualis arca est e marmore maximè ophyte aut porphyrite. Quod si appositè conueniant embolus canali, nullo liquore aut glutine rima ut obducatur, indigebit: aliter cera cãdidissima, & sine resina uel admodū pauca obturare decet, etiã rimã. Estq; hic modus etiam uitreæ pyxidi occludendę utilis. uerum non subere, sed serico tomento pleno, aut salicis ligno, maximè Græcæ, quod sequacius est stipabis.

Verum postq; de auri natura sermonem habuimus, præstat hoc etiam adde re, quod ad illius liquefacti naturam at-

tinet, (quanquā parerga forsan) an scilicet potabile reddi possit. Videtur autem natura imbui posse: caro gallinarum consumitur enim in earum uentriculo. at forsan non nutrit, aut uincitur: utroque modo aqua detracta aurum non continebit, in stercore autem peregrina qualitas maiorem utilitate offensam pariet. an igitur melius erit uesci carnibus pullo-
rum, qui auro nutriti sint: certè melius non tamen euiciens bonum. At si per artis auxilium aurum colliquetur, non sat esse uidetur. nam præter id quod erodentibus comminuitur, dum etiam illa exhalanti, rursus in corpus, luto simile, uertitur. nec absque ratione. metalla enim (ut aliàs docuimus) aquea & terrea parte constant. Videtur igitur, dum solum est metallum, pulueri cuidam aquæ tenacis immixto simile esse. Quamobrem nulli usui est, seu integrum, seu liquefactum atque solutum. maior enim uis esse uidetur liquefacto, si substantia maneat, quàm ut à calore humano euinci possit: si autem corrumpatur, uon erit amplius aurum

rum, nec uis illi inerit. Itaque nec facile est credere, ut mellis æthere dissoluatur: nec si dissolueretur, ab humano uentriculo aut iecore euinci posset. Quod si contingat, ualde paruam portionem esse necesse est. Ea enim est auri liquefacti tenacitas, id robur, ut non magis quam cum congelatum est, solui possit. In uniuersum autem uel corrumpitur, atque sic uis haud manet: aut manet substantia, quæ euinci minimè potest. Verùm quod propius accedere ad scopum creditur, uinum est, in quo aurum candens quin quagesies extinctum sit.

Sed postquam mellis mentionem fecimus, de illo, tum etiam de manna, quæ mel est rosidum & aëreum, dicendum est. Igitur mel crudum excipitur, & à fordibus colatum repurgatur, indeque immixtis lapillis, destillatur: post circulationem ad aetheris naturam reducenda est aqua illa. Ferunt cum deducta fuerit ad perfectionem, fragare odore germinum pruni. Ut ut res se habeat, ad ulcera purganda, ad crassos humores in pulmonibus

bus contentos nil melius esse existimat
 atq; id iure. Confert & ad uitam produ-
 cendam. Generalis enim ratio una est, ad
 ea ualere ether uniuscuiusq; rei, ad quæ
 etiam ipsa res ex qua detrahitur, utilis
 est. sed & multò magis. Quam ob cau-
 sam chelidoniæ ether ad pestem arcen-
 dam, tum etiam sanandam præstantissi-
 mum est. idem in penetrando ad cor pri-
 mas obtinet partes: quo fit ut moriètes
 aliquot horas, si quid aliud, reminisci fa-
 ciat, dissoluit etiam pituitam omnem.
 Ceterum excalescit nō parum: sed hæc
 caliditas uix nocet, quoniã in substantia
 est tenuissima. exemplo ignis qui ex a-
 qua ardente accenditur. Est autem ig-
 nis quidam hic æther, quia non totus, ut
 è uino excipitur, sed inuicem separan-
 tur elementa. Separantur aut sepultura
 in fimo & calce: calx autem infra poni-
 tur, & triginta diebus herba cum radice
 cōtrita putrescit. declaratū est enim in li-
 bris de Subtilitate, calorē putridū igni
 proximum esse: quo fit ut hac præpara-
 tione exacuetur. Inde destillatur, ac rur-
 sus

sus reponitur per xv. dies, deinde denuò
destillatur separatis inuicem partibus.
Sunt autem qui ex succo potius a-
quam, inde ætherem excipiant,

Commune uerò est omniætheris ge-
neri, ut circulatione feculētum aliquid
& aqueum relinquat, quod in fundo
manet, hoc detrahere opportunum est:
nam uix si relinquatur aqua, in æthe-
rem uerti poterit. Detrahi igitur solet
inuerso uase, quod non probo: nam &
ætheris pars necessariò abijcitur, & pars
fecis relinquitur: & quod iam separa-
tum erat denuò confunditur. Quod et-
si uas ab initio inuerteris, adhuc detra-
ctio hæc non tuta est: quoniam in exitu
fit motus uehemens, qui partes iam se-
paratas confundit. Alij destillant rursus.
æther enim primum ascendit: sed neque
hoc utile est, nam multis modis pecca-
tur, pars enim ætheris & melior perit:
quod uerò ascendit torretur, atq; cum
fece miscetur. Melius igitur ex omni-
bus est, ut fracto uase, concussa aqua,
cum uitreo uel aureo cochleari sensim
aufe-

auferatur usq; ad feces: qui modus eti-
 am in separandis alijs liquorib. optimus
 est. Anteq; uero uas frangatur, permit-
 tendū est ut tribus diebus refrigeretur,
 seu separare feces, seu seruare liquorē
 uelis. Ex hoc ergo alia ratio exoritur, scili-
 cet quonā pacto claudere oporteat uas:
 nā luto quidam, aliq; cera illud occludūt.
 sed postq; frāgere illud in separatione o-
 portet, nullus modus purior aut synce-
 rior sigillo, quod Hermetis appellatur:
 fit autem hoc modo: indita materia te-
 gitur, foramen linteo denso lineo aut li-
 gno occludit, os inde ex superiore par-
 te ignis in lamina ferrea in medio per-
 forata, circumponitur, sensim tum de-
 mittendo, tum prunas applicando, tam
 diu q; incalescit uitrum donec rubescat:
 post forcipe circumuertit, adeo ut opti-
 me claudatur, educto tamē prius ligno.
 Vel imponat uitri candentis frustū, de-
 tracto (ut prius dixi) operculo, sic ut nō
 respiret omnino. id deprehendes tum
 oculo, si magna parte coeant latera: tum
 & inspirando, si aqua penitus non mo-
 uetur

vetur. Alius autem modus est, ut pileo
imposito concludantur ora inuicem, lu-
to sapientiae appellato. Hinc exoritur ra-
tio uasis, quo circulationem facere o-
portet. nam quidam ciconijs mutuis, a-
lij pileo uasi superimposito, plerique uas
Pellicanum uocatum, seu Hermetis
preponunt: sed postquam et perfringere non-
nunquam plura consilium est, & uitro
claudere, nihil melius rostratis cucurbi-
tis est. harum autem formam a latere de-
pinxi. Nullum etenim operculum pu-
rum in tanta re, & quod nil remittat, pre-
ter uitrum & aurum esse duco. quod si
modo illud fingas, inditis tubis, inuicem
luto consolidabis. Prestat autem om-
nibus commune esse hoc auxilium,
quam paucis: & qualecunque habere,
quam omnino non habere. Sed de hu-
iusmodi rebus ac cura earum alibi di-
ctum est, nunc historiam prosequamur.
Post mel est manna, cuius aether, ut a mel-
le excipitur, diuiditur, tum ut Chelidonię
herbæ. nec huius, ut mitioris medica-
menti usum aliquem insignem, nouis
sed

sed ut plerq̄ preciosa, quo cariora;
 Ouorum autem & sanguinis, tū huma-
 ni tum suilli, cionie & canum. æther ma-
 gnam ad restaurādum corpora & uires
 tabescentium uim habet. Experta est à
 me aqua longē inferior eo, & tamen uti-
 lis ualde. Existimo & sanguinis testudi-
 num & carniū uiperarum ualde uti-
 lem fore. Sed uiperarum ad elephantia-
 sim & Indicum morbum: testudinū ad
 cacoethem et tabescentes: ciconia ad ue-
 nena, tum etiam canis idem ad carcino-
 mata utile est, non tamen sanare potest,
 nisi non ualde exesa. Suillum restaurat
 corpus, et ad eadem ualet, ad quē huma-
 num, repurgat em̄ proprietate quadam
 sanguinem. Sic & ouorum nutrit, dolo-
 res sedat. Meminisse autem in omnibus
 decet semper eam partem eligendam in
 singulis, quæ proposito & proprietati
 rei maxime congruit: uelut in chelido-
 nia ignē, in sanguine suillo & ouis aērē;
 aëris enim parte nutrimur, uelut & ex
 uiolæ & nimphææ floribus aqua. sola e-
 nim hac parte hæc utilia esse uidentur;
 aut

aut maximè. Ex uiperarum ergo carni-
bus terream & aëream partem cum ig-
nea coniungere oportet. terra enim ig-
nia uim exacuit. Vnde fit ex ardente a-
qua genus quoddam simile aquæ sepa-
rationis: sæpius enim destillata, deinde fe-
cibus etiam destillatis, quodq; terrecum
est exusto ac commixto aque ardenti de-
nuoq; post præparationem simi destil-
lando, ac rursus exustis fecibus, aqueaq;
parte quæ in imò est secreta, iterumq; co-
iunctis destillatisq;, tandem aqua acerri-
ma & quæ parum ab aqua separationis
degenerat, excipitur. Hac sperant aurum
posse liquefacere, quòd etsi contingeret
propter ea quæ dicta sunt, adhuc nihil fer-
mè actum esset: nam e potù illud aurum
non subigeretur. ad margaritas tamè col-
liquādas & corallas forsan sufficeret, ho-
rum enim possibilis est dissolutio, & in
dissolutione corrupti. Omnia enim quæ
sic soluantur, corrumpuntur. nō parum
tamen refert quibus dissoluantur aut cor-
rumpan: uelut aqua ardens innoxia est,
tametsi dissoluantur in ea margaritæ aut
coralli. Fex tamè propria præter id quòd
PPP magis

magis innoxia sit, magis etiam adiuuat ad dissolutionem propter sympathiam, ut alias de lapide qui ex humano sanguine conficitur, dictum est. melius enim coniungitur misceturque tum corpore tum uiribus ei cui ab initio unumquodque coniunctum fuit, simileque primigenio gignere aptius est, quam si omnino alienae rei & cum qua familiaritatem non habuerit societur. Sed aqua haec tamen ad multa utilis & efficacissima, praesertim dentibus, & depascentibus oris ulceribus tum pu-
dendorum.

Quae igitur metallica sunt, ut stibium aut plumbum, duplici ratione destillantur, una quidem ut dixi sicco adiuncto corpore, ut calce, arena, lateribus, cinere, atque eo modo in oleum transeunt, sed exustum & a primigena natura alienum: altera uero talis est ut ad aetheris naturam ferme transeant. Sub fimo in aceto acerri-
mo contrita tenuiter sepeliuntur ad aliquot dies: post sublato aceto aliud super infunditur sepeliturque: inde hoc detracto rursus ac coniuncto priori, aliud additur eidem materiei: atque id toties repetitur

tur donec acetū ex coiunctione metalli-
 ci colorem mutare desierit. tum demum
 totum acetum destillatur, at quòd relin-
 quitur, liquori simile pro materia etheris
 habendum est. Hoc igitur circulatione
 perficitur, sed tamen maiore uī caloris q̄
 uerūm æther indiget. neq; enim metalli-
 ca substātia adeo rara esse potest, ut tam
 facile ascendat. Itaq; ubi bis aut ter de se
 caueris hunc liquorem, ætheris substā-
 tiam habebis: intus etiam quandoq; uti
 lem ad insanabilia ulcera uelut gulæ pul-
 monisq; modò neq; recondita sit admo-
 dum, sed iuxta asperam arteriam, neque
 præter ulcus uomicam habeat. nam talia
 si quis rectè perpendat, aut Galeni sentē-
 tiam, aut curāndorum abcessuum & ul-
 cerum simul rationē intelligit esse pror-
 sus insanabilia. Porro ad omnia externa
 ulcera, quod ex stibio conficitur, incom-
 parabile omnino est. Potest autem hoc
 genus etheris, imo & quodcunq; aliud,
 & præcipuè primū bifariam etiam alijs
 iūgi medicamentis: uel ut illorum uires
 adtrahat, uel ut illis copulatum ea corro-
 boret, adiuuet, & penetrare faciat. Retū-

dit præterea prauitatem medicamento-
rum ipsum æther alterutro modo cõmix-
tum ipsis, celeremq; & efficaciorẽ illo-
rum operam reddit. lam uero multa sunt
huiusmodi uaria ac scitu digna, uelut &
illud, quonã pacto ex uino nouo aqua
ardens cucurbita detrahatur. dum enim
sponte feruet ea, superposita destillatur
aqua, sed non optima, uerum inutilis fer-
me & odore atque sapore carens, tum ue-
ro de modo ætherem faciendi dicere su-
perest: at hoc in libro de Secretis cum do-
cuerimus, finem huic tractationi impo-
nemus. De Aqua igitur & Athere
satis dictum sit. Nunc ad
alia transeamus.

Libri de Aqua & Ae-
there, Finis.

HIE,

HIERONYMI CAR-
DANI MEDIOLANENSIS
Medici, de Cyna radice, seu
de Decoctis.



Roxima huic tractationi uide-
tur ratio decoctorum ma-
gnorum. Verum par mihi ui-
detur difficultas in tradēdis
disciplinis, atq; in frugibus
ferendis, seu nimis sterili loco arescant sa-
ta, seu læta pingui proueniant, & à multi-
tudine inutilium herbarum suffocentur.
Vtq; illud magis abominamur, ita hoc
plus detrimenti afferre solet. Verum nō
eo studio inscribimus, ut usum à multis
sola experientia traditum Cynę doceam-
us, atque disputemus an Cyna à Syna,
Græco antiquo prouinciæ nomine, an
Cyamba uulgari ac nouo deducat: quæ
disputatio superuacua mihi uidetur. sed
cum satis constet in ea regione illam nas-
ci, operę pretium fuisse si (postquam so-
li historię ac experientię inherēt ra-

tione non satis perspecta) cuius plantę
radix hæc fuisset, edocuiſſent. Referunt
quidam, plantam arundini eſſe ſimilem
naſciq; iuxta mare & locis paluſtrib. cū
ali; contendant in promontorio. Ipa ſa-
nè radix uulgaris acori noſtri ſimilis om-
nino eſt. Regiones orientis ut aliàs do-
cuimus, & maxime que ad meridiem po-
ſitę ſunt, ſuccoſiores & efficacioreſ plan-
tas progignere ſolent: quod etiam in a-
romatibus uidemus ſimiliter & mōtes,
quàm humilia loca: & iuxta mare, quàm
flumina. Verum quod magis conſiderā-
dum eſt, cuius etiam cauſa hūc laborem
ſuſcepimus, eſt, quonam pacto per con-
tinuam non huius tantum medicamen-
ti, ſed plurium etiam aliorum exhibitio-
nem conſtitutamq; uictus certam ratio-
nem morbi alioqui in expugnabiles ſur-
perari poſſint ac ſoleant. Sic ligni ſancti,
& Sarzæ pariliæ, & arboris quæ in noua
Gallia inuenitur, decocta miras ſanatio-
nes efficere experimento depræhendit.
Conſtat ſane hunc modum unum ex his
uiginti eſſe à nobis in arte Medendi no-
ſtra parua connumeratis, per quos ma-
gnū

gni morbi solum curari possunt. Existi-
mant quidā præcipuam causam esse ine-
diam, aliꝝ euacuationem, ego uero intem-
periei mutationem. nam cum potus fue-
rit totus medicatus, simplexq; cibus, infi-
cietur cibus & ipse. unde nutrimentum
at ex nutrimento humores generantur, à
quibus membra restaurantur. Membra
ergo ipsa & humores mutata ad arbitriũ
nostrum intemperie nullum morbũ qui
superari non possit, hac ratione merito
pati possunt. Adiuuant ad hoc euacua-
tiones, que per huiuscemodi contingunt,
ut inediæ & exhalatio, quam merito di-
gestionem per poros seu cutis meatus
appellare possumus. Ergo cum quatuor
sint causæ, inedia, digestio, euacuatio in-
temperiei, quam etiam principalem esse
docuimus, nemini dubium est, etiam ci-
tra omnem euacuationem manifestam
maximos morbos posse sanari huiusmo-
di decoctorũ assidua assumptione. Qd̄
solum in periculo uersatur, cuiq; diligen-
ter intendendum est, ne decocta illa re-
tineantur uel hac coniectura, quod cum
magna quantitas assumatur, nihil exeat,

aut ualde parum. Pro quo solent qui diligentius artem exercent, interulas pondere expendere, tum primum cum siccae fuerint, deinde cum sudore maduerit. uidi frequenter discrimē Italicarum unciarum nouem esse, sic tuto duplici ratione in decocto perseuerare possumus: tum quia quod superfluo ingeritur, etiam euacuatur, tum quod hoc indicium est uincens naturæ, ac recte operantis: unde suspicari non debemus, in reliquis partibus assumpti humoris pigram futuram. Altera coniectura est, si aqua uentriculo innater, nam neque excipitur à uenis, ut possit, & coctione uitiat calorem obtundendo: & uitiatam corrumpit, dum alimento immiscetur. Fieri etiam potest, ut sic in uentriculo retenta sudorem moueat ob presentem uim caloris: nam ferme feruentia decocta ebibi debent, ut optime docebat Auēzoar. His ergo duobus in casibus ab eiusmodi exhibitione abstinendum semper est post septimam diem in robustis corporibus, in imbecilibus aut post quartam. Et quamuis nec sic tuto exhiberi possit, quippe nuper Hercules

cules Robechus amicus noster, cū neq̄
in uentriculo noxam sentiret, & abundē
sudore perfunderetur, liberatusq̄ ob id
sit cachexia, nihilominus in ipso hinc cho-
lera morbo uexatus, tātum reiecit aquæ
ut nesciam ubi illam interim potuerit cō-
tinere. Ita ergo etiam si non prodeat su-
dor, si non mingat multum, parua quan-
titate, modo secundum rationē exhibea-
tur, uti licebit. Atq̄ par ratio in aq̄s ther-
marum habenda est.

Observanda autem in omnibus ne te-
mere ad talium exhibitionem accedas:
primum ut corpus, quātum fieri possit,
præpurgatum sit ab humoribus, ac libe-
rū ab obstructionibus bonisq̄ cibis an-
tea saltem per quadraginta dies nutritū,
neq̄ exhaustum uenere aut immodicis
laboribus aut curis, nec uigilia adsit: tem-
pus uerò non frigidum. his quinq̄ con-
ditionibus modo contraria cōtrarijs op-
posueris, utpote Cynæ decoctum cali-
dæ, ligni sancti frigidæ intemperiei, secu-
re poteris exhibere. Ut ergo omnium
unum sit exemplum, postquam de Cy-
na sermonem cepimus, illius historiam

absoluere propositum est.

Est Cyna radix crassicie ferme brachij
ubi manui coniungitur, nodosa adeo, ut
quidam ex arundinum genere eam esse
existiment: mihi autem uidetur è genere
serpentium, ut hederæ lupi salictarij, in-
tus quidem fungosa, rufa, subalbescens,
exterius lenis, & quæ optima est ferrei co-
loris, quæ minus nobilis ferruginei, sed
splendidioris. Itaq; mihi uidetur, ut me-
tallum tractu temporis rubiginem cõtra-
hit, ita hæc radix contraria ratione, alio-
q; ferruginea ferri sit coloris. Grauis est
admodum, quæ optima est: & quãto ab
hoc desciscit, tanto profecto ignobilior.
Odoris pene nullius, saporis autem sub-
acidi, pinguem tamen illius substantiam
esse constat ex decocti gustu. Vis eius
quanta ulli alij pharmaco: unde qui illi-
us facultatem exprimis qualitatibus de-
terminare conantur, neq; uera dicere, ne-
que quæ scripsimus nos in libris de subti-
litate, de medicamentorum uiribus no-
uisse uidentur. quippe densa substantia,
atq; eadem tenuis etiam minimis quali-
tatibus prædita longe maiores effectus
efficere

efficere potest, quàm uel piper uel gingi-
ber. Quid enim mirabilius esse potest,
aut maximarum uirium maius argumē-
tum? quàm quod sexies decocta atq; ex
uncia in centum quinquaginta aut am-
plius aquæ septima rursus uice aqua ad
huc tingitur, eadem cum sale & oleo mi-
xta pro clysteri egregie feces atque hu-
mores detrahit.

Cuius uerò temperamenti sit quidam
calidam in primo, siccam in tertio ordi-
ne esse affirmant. Ego si hac in parte con-
tendere uellem, Galenumq; sequi, ope-
ram ut dici solet atq; oleum perderem.
nam facilius nostris herens principijs, di-
cam multo illam humido pingui atq; de-
so abundare. quod cum mixtum terreæ
substantiæ atq; eadem tenuissimæ sit, mē-
bra solida firmare potest. unde non tam
uulgare auxilium est, ut quidā existimāt
nisi mihi ostenderint radicem aliā quam
piā, quæ incocta ex uncia in libris quin-
decim aquæ (ita enim preparari solet) to-
tum illud iuri gustu atq; aliquanto dolci-
us, uino uerò rubro substantiā & colore
simile efficiat. Quocirca nihil mirum est
si hu

si humido tam tenui, tam denso, tã multo omnia corporis membra, omnes contractas solidasq; partes permeare atque permutare possit. Ergo intemperiem calidam uehementerq; frigidam, tum laxitatem mēbrorum atq; destillationes undecunq; sint, sanare poterit: unde & cachexiæ & asciti & imbecillitati uentriculi ac iecoris atrophiciæ & resolutioni, tum his qui ex destillatione contabescūt, aut difficulter spirant: præterea ulceribus omnibus etiam pulmonis, sed cū exactiore inedia opitulatur, tum sanguis erupti onibus undecunq; sint. atq; hæc quidem uerè atq; cum ratione. Addunt aliij podagram & coxendicis dolorem, tū lepram scabiem, elephantiasim, tum etiam morbum gallicum hoc præsidio curari posse: de quibus nihil habeo quod referam, cum experientia hæc consent. nihilominus non adeò huius radicis decocto fauere decreui, ut illud ligni sancti aut corticis decocto conferam. Quod uero in hoc detrimenti est, commune est omnibus qui copiose administratur potibus, ut ligni sancti decocto & thermarum aquis

quis, scilicet ut ob copiam ipsam ipsi uē-
triculo obsit. Labefactat enim eum, &
quandoq; non absq; periculo. Et certe
hæc noxa illi peculiaris & præcipua est,
& minime contemnenda. Ferunt etiam
lapidem confringere, id mihi incertum
est: renes tamen sua multitudine purga-
re potest, intemperiemq; sanare, atque e-
tiam illorum robur, qua ratione etiam ie-
coris cōfirmare. uerū id forsā aliquis
obijciat, dicens: Quomodo uētriculum
labefactat, iecur autem & renes confir-
mare potest: ea ratio est, quōd uentricu-
lus plurimum simul aquæ recipiens, di-
stēditur, & laxatur, cumq; membrum sit
exangue, multum debilitatur: ac contra
iecur & renes, cum sanguinea sint, nō fa-
cilē possunt debilitari, etiam si confertim
aquam exciperent: at confertim aquam
excipere non possunt, quia cavitatē nul-
lam magnam habēt quomodo scirrhos
dissoluerē possit, hæc aqua nullam parit
difficultatem: scientibus quōd scirrhī à
pingui humido atque tenui & solum &
facillimē dissoluuntur. restat ergo ut de
electione dicamus.

Eli-

Eligenda est recens, colore ferreo, gra-
 uis admodum, nam quæ optima est, his
 lapidibus assimilatur, qui infecti ferreo
 colore iuxta fodinas inueniuntur, nō ex-
 esa, non cariōsa. secanda uerò est in fru-
 cta coronatis aureis similia, unciaq; hu-
 ius scobis, si morbus sit, mitior: aut dua;
 si mediocris: aut tres, si omnino in expu-
 gnabilis sumenda erit. & similiter haben-
 da est ratio par habitus atq; ætatis. In li-
 bras igitur quindecim aquæ fontanæ, &
 in uase figulino uitreato infunder per ho-
 ras uiginti quatuor, deinde coniecto ua-
 se excoquatur super prunas absq; fumo,
 donec tertia parte absumatur, inde serue-
 tur loco calenti iam excolata. quod si li-
 beat ualidiorē habere, pauciorēq; opus
 sit potu, duodecim tantum aquæ libræ as-
 sumantur, ita redibunt ad uncias propē
 centum. Memineris etiam, ut perpetuò
 dum infusa est radix, dum excoquit, dū
 etiam pereolata seruetur aqua, ut semper
 exacte uas coniectum sit, locoq; ut dixi,
 calido asseruetur: nā si secus egeris (cum
 aliàs per se in uiginti quatuor horis acef-
 cat, quod etiam certum est indicium ma-
 xima

ximarum uirium) intra uigintiquatuor horas acescit: atq; ita pro medicamento transit in potum perniciosum, perseuerantibusq; exitiale. Indicio autem est corruptam esse aquam, corruptio cōcoctio nis, ad quam sequitur fluxus uentris præter cōsuetudinem, cum ipsius radicis uis non leuiter sit astringens. Ergo detracta scobs in decem libras aque rursus debet infundi (nā frustra siccabitur, ut quidam solent etiam in ligno sancto, cum nihil sit adeptura melius, sed potius intermammiffura) eadēq; ratione post uigintiquatuor horas coqui ad tertiæ partis cōsumptionem, similiterq; feruari: atq; hæc secunda aqua uocabitur. Porrò triplex exemplum huiuscemodi aquarum decoquendarum edocebitur, ut iuxta rationē magnitudinis morborum, atq; causæ etiā auxilia possit administrare. Dicebat enī rectè Galenus in libro Artis medicæ iuxta finem: Paria uiribus debent esse p̄sidia cum morbis, morborumq; causis.

Ita triplex modus erit: exquisitissimus hoc modo hora matutina (sit gratia exempli, nox horarum nouem æqualium,
 dies

dies autem quindecim) in ipso ortu solis
 ab octo usq; ad duodecim iuxta patien-
 tis robur unciam decocti primi (nam hu-
 ius solum est usus pro potu cū cibo seu
 interdū) cum uncia una sacchari (sit au-
 tem calidissimum, sic enim sudorem, si
 omnino prolici possit, prouocabit) ebi-
 bat, idēq; decoctū sit ex tribus uncijs sco-
 bis: inde tegat substratis sex linteis mun-
 dis, cumq; sudore maduerit subtracto
 proximioe linteo ne refrigeretur, rursus
 sudare permittatur, atq; ita altero subtra-
 cta donec sudare desierit, singula aufe-
 rantur: demum interula commutata ue-
 stibus optimè integatur, sed tamen leni-
 bus, & quæ minimè ipsum fatigent. ho-
 ra decimatertia assumat panem bis co-
 ctum sine sale & cum saccharo præpara-
 tum, atq; uuas passas, tum etiam creti-
 cas, sed tenuioris corticis, nec non in fi-
 ne artocream ex amygdalis, quam Mar-
 tium panem uocant: bibat quoq; ex de-
 cocto ipso calido quantum libet, sed ut
 dixi immixto saccharo uel puriore mel-
 le, quale est quod ex Cephalenia iusula,
 uel ex Hispania aduehitur: post iocis in-
 tentus,

tentus, per duas horas saltē quiescat: unde si dormire libet, superdormiat. quanto enim plus dormierit, tanto melius est: tum quia sudores magis proliciuntur, tū quia uires magis reficiuntur, tum quod decoctum ipsum in intima melius penetrat, tum quia corpus sudore exiccatum magis humectatur. Cauere tamen oportet in omni huius decocti exhibitione, ne Venere utatur (solet autem is potus, seu potius ea uictus ratio Venerem magis excitare) atq; ita cauere oportet ut ne que antea per mensem neq; in ipsa potus assumptione, neq; etiam post per mēsem alium, Venere utatur. exitiale enim pene est hoc, sicut & uentus & frigus peculiari quidem ratione forsan magis in hoc potu, sed generali haud dubie: quando quidem corpus ipsum & rarum, & exangue & imbecille & supercalefactum admodum existat. Hora ergo rursus uigesima prima potum eundem quem mane accepit, eadem quantitate eisdemq; legibus assumat. Cœna uerò persimilis omnino prandio, idemq; potus, singulo uerò die noua aqua paranda est: imò du

QQQ

plex

plex, ut dictum est, & quantum superfuerit
 externa semper abijciendum. Porro secū
 dæ aquæ usus est pro clysteribus sale &
 oleo adiecto, ut dictum est. Et si con
 tingat ægrum in ediam ferre non posse,
 pulli in ea aqua incoquantur, ut alia que
 uis quæ usui esse possunt. Sed que in usu
 est ad incoquenda edulia dimidium pri
 mæ aquæ, denuò cum secunda excoctæ
 recipere debet, adeò ut scobi radicis, cū
 iam infusa secūdo iacuerit, prioris aquæ
 pars dimidia aut tertia eiusdem diei su
 perfundatur, simulq; coquatur. Ita ut o
 mnium una constans sit ratio, scilicet ut
 uel cibi qui eduntur pingues nō sint, cu
 iusmodi sunt ficus, pyra cocta, mel, sac
 charum pineæ, panis martius, uuxæ Co
 rinthiæ & Creticæ: aut si pinguia sint,
 coctione in ea aqua à naturali statu per
 mutatur, quo fit ut ouis aut lacte uel his
 que eo constant, in hoc primo genere u
 ti non liceat, quoniam neutra earum cō
 ditionum illis adesse potest. quamuis e
 nim huic aquæ incoquatur, parum aut
 nihil à propria natura recedūt. eiusmodi
 ergo est exactissima huius potus tū alio
 rum

tum similitum administratio. In qua tamē licet serenis & non uentosis aut frigidis diebus spaciari, atq; absq; cura negociari, in lectū pellibus nobilioribus ac leuissimis, ut sine labore egredi liceat. Vnde etiā eques magisq; pedes, imò ne utiquā tutum fuerit omnino pedibus iteragere.

Secundus aut̄ usus qui mediocris est, cibos quidem pingues bis in die admittit: sed (ut supra dictum est) perpetuò in coctos secundæ aquæ. Cætera uerò quæ obseruanda sunt omnino, ut in exquisitissimo modo retinenda sunt, uelut communia omnibus administrationum modis. Quale etiam est illud, quod in nullo genere exhibitionis decocti aquæ Cynæ uerger uti debet excellenti aliquo sapore, scilicet: aut acido aut austero, uel acri amarouē aut salso, sed omnia q̄ illis participant penitus sunt relinquenda. Hoc uero cōtingit ob id quod cum aqua per se, & euacuatio quæ ex aqua prouenit, multum exiccent, maximum ab alijs siccantibus periculum imminet. Ita quæ coquantur, absq; sale coqui debent. Iure autem pro potu in utroq; horū modorum

QQQ 2 uti

uti licet, cum ius ipsum sit medicatum, et
 maximè cum iã corpus contabuerit. Cœ
 nam quoq; aliquo astringente cibo præ-
 cipuè medicato claudemus, uelut coto-
 neorũ, carne ex saccharo, aut cornis aut
 sorbis uel piris, aut coriandris conditis.
 Atq; in his omnibus tum alijs decoctis
 propinandis, nõ ut in febribus ab initio
 tenuissimè, cum materia multa præparã
 da est atq; educenda, successu temporis
 corpore exinanito & uiribus imbecillio-
 ribus, nec natura præparationi, nec mul-
 to minus coctioni intenta: sed solum no-
 bis temperamento restituẽdo copiosius
 atq; plenius reficiẽdus est æger, ut simul
 uires, caro ac temperamentum celerius
 restituantur. Sed neq; à solis cibis uehe-
 mentis qualitatis abstinere oportet, sed
 etiam duræ concoctionis uelut amygda-
 lis ac pane iam diu excocto. Verùm &
 bis coctũ recentẽ assumere decet: qui si
 tertiam diem non excedat, optimus erit.

In tertio uero genere administrationis
 caro & maximè pulli iurulenta & elixa-
 ta sine auxilio secundæ a quæ admittitur,
 imo assatæ experientia non solum ratio-
 ne om-

ne omnibus preferende: atq; id generale est huic tertio modo uelut & oua, pisces tamen & caseū nemo probat. Sed quod maximē dubitatione dignum est, id est: utrum liceat in prandio atq; cœna uino uti: atq; si licet, an permixtio decocto Cynæ? De coctum Cynæ si tantum serapij loco assumatur, non uideo quid prohibeat, quemadmodum in omnibus alijs decoctis, quin homo possit cum cibo uino uti: uerum ut nullo periculo res agat, ita etiam minima utilitati. Sed an uino decoctū immisceri possit, magna dubitatione dignū est. Auicenna inquit: Et iungere serapium acetosum cum aqua hordei, malum est, quoniam illā corrumpit. Videtur & uinū corrumpere has aquas, uicissimq; ab eis corrumpi, atq; ita periculosam esse hanc permixtionē: nos autē experimēto didicimus, nihil egregij aut boni aut mali ex hac permixtione consequi. idēq; iure merito. namq; frustra fermentarentur medicamenta, si extemplo ea miscere liceret: sed non iuuant, quoniam alterum alteri impedimento est. omne uero mendicamentum ubi uim ignis

ex decoctione in terrea parte cōceperit, uinum ipsum corrumpit, ob id aqua simplex decocta non corrūpit. necque cum odoratis, sed quæ sponte acescere solent minimè ligni, maximè decoctum Cynę. cum enim in uiginti quatuor horis per se acescat, cur cum uino sumptum ipsum non corrumpet? neque enim sic profluat per sudorem. Quæcunque igitur sponte acescere nata sunt, & maximè si breui, ut lactis serum, Cynę & hordei decoctum: si nō assumptione per aluum aut urinas aut sudorem etiam breui expurgentur, corporis temperamentum corrumpunt. Quare neque in ligni decocto, neque in thermarum aquis id periculi erit, uerum tutior est aqua thermarum: ligni enim decoctū æstate tertia die putrescit, aut ad summū quarta. Neque enim in his exacta putredo, quæ iam perferri non possit, expectanda est. Nullum igitur quod breui acescat medicamentum cum uino assumi debet: nam uini causa retinetur in corpore, ideoque corrumpit atque corrumpitur à uino: utraque autem uentriculum debilitant, atque iecur, atque in malam traducunt intem-

intemperie. Similiter neq; in cibis, si uino uti contingat, aqua permiscenda est: aquæ enim potus omnibus medicamentis ualidis cynæ, sarzæ, pariliæ, ligni sancti decocti, tū thermanū aquis noxius est ualde, certo experimento, medicæ exitio. præter enim quod crassicie sua atq; frigiditate illorū opera impedit, corpus egrotantis medicamēto resolutū atq; euacuationibus, destruit atq; labefactat. Similiter cōmune est omniū horum trium modorum generi, ut quando cuncq; uelint, quantū uelint, ex decocto bibant, modò calidum sit, sudorq; pro ratione quantitatis pfluere soleat. Neq; enim solū hoc non nocet, sed etiā egregie iuuat. medicamenti enim habet rationē, tum potius imple, tū cibus, qui cum eo assumitur. excipio tamen in his eos qui uinū bibunt cū cibo: nam his utiq; non conuenit, multoq; minus quā si uino permixtum decoctum quis bibat. Melius etiam erit, si uel statim à cibo, uel post quinque horas non interim quis eo potu utat. Atq; hæc de generali ratione dicta sint: nā alij de singulis certas quasdā normas tradiderunt

quas nos sic probamus, ut nō à generalibus præceptis, neq; his quæ declaratione certa inuenta sunt, discedere liceat.

Licet etiam dubitare, an quod pluribus placet, medicamenta alia his decoctis sint immiscenda: multa hinc inde adducuntur, quæ omnino non certā ac generalē rationem habent: nam thermarū aquæ, aut Cyna non admittunt. Thermarum aquæ, quoniam naturali calore constant, qui aduentitio corrumpitur, dūq; externam acquirunt, uim propriā amittunt. Cynæ decoctum cū in quodam temperamento exactissimo constat, & ad libellū quocunq; addito, uel minimo medicamento à constituta illa & moderata intēperie deijcitur atq; evertitur: itaq; nihil talibus permiscere oportet. At in decocto Indici ligni, cum per se uehemens sit & potens nec iuxta exactissimā moderationem sit constitutū, sed uehementiore caliditate quàm etiā siccitate agat, multumq; habeat pinguis humidū, temperari potest, suasq; pariter retinere uires. atq; ita una hæc ratio generalis cōstituetur: Quæcūq; pinguia ualda sunt, nec cir
ca con

ca constitutā mediocritatem consistunt. à qua tñ operatio illa desideretur, quæq; non sola natura constant, ea mixtionem admittūt: uelut lignū sanctum, & magis cortex, maximè uerò ex uino. Reliqua non admittunt, scilicet quæ natura constant, aut paruo prædita humido pingui ex moderata quadam tēperie opus suū perficiunt: aut si plurimo etiā abundant, opus suum abundantia tenui, tamen pingui humido perficiunt, uelut Cyna. Vnde etiam in his obseruare decet, ut dum coquuntur, non respirent aut exhalent: nam optima pars atq; tenuissīma, quantū licet, conseruari debet. Quòd si in duplici uase decoctum id fiat (id tamen expertus non sum) optimè cessurum spero nam cucurbita clausa (id genus est uasis) melius euadet, atq; exactius obsoluetur.

Peculiare autē quoddam inest illi, ut scilicet à septima die aluus fermè ex toto supprimatur. Vnde tum ob id, tū ob morbi naturam in Indica lue ab ea die solent non parum dolores augeri, qui ut plurimum ad decimam quartam diem extenduntur sequissīmi: ac alui duricies usq; in

finem scilicet xxiiij. diem, qui cōmunis est terminus. quanquā ego nō improbem iuxta diuersorum laborantiū necessitatē uariari hunc terminum, atq; etiam nonnunquā usq; ad xl. extendi, uelut & in thermarum potu, sic & ligni sancti nō ultima dies erit xl. imò uel ne lx. (quanq; raro ad eā necesse sit peruenire) pro ultimo termino cōstitui debet. Si ergo aluus supprimat, post tertiam diē clysteri dicto succurrendū: ante non licet, ne aut uires minuantur, aut sudor diuertatur. Sed si aluus iusto plus fluxerit, carnes assatę dētur, panis in iure ex Cyna madescat, unguenta ex miristicę nucis oleo, & absinthij adhibeantur. Si non sufficiant, etiam fomenta ex menta.

Ergo ut ad Cynę decoctū redeam, sic citate putredini resistit, temperamento in actiuis qualitatibus ad moderationē omnia membra deducit, succulenta substantia restaurat, uires atq; corpus impinguat: detergit uero parte quadam leuiter acri, qua etiam illius decoctum breui ad modum tempore non solum in acidum sed etiā amarum transit saporem. Vbi uero

ro tanta uis decoctis inest, certè etiã con-
tritis in substantia sint tam dura, ut supe-
rari nequeant, non minor facultas ad ef-
se potest, atque ideo cum eorum substan-
tia auxiliari decebit.

Porro uim medicamenti huius, si ad li-
gnum sanctum conferre libeat, sic expe-
dito. aduehitur ad nos hæc radix post bi-
ennium, raro usus ante quinquenniũ. un-
ciæ tres in xv. libras aque, ligni sancti un-
ciæ quindecim, proportio effectus fermè
tripla: proportio etgo quindecupla: cui
si adijciatur moræ ratio, erit trigintupla.
at lignum sanctũ inter præcipua medica-
menta habetur, & hydargyrio fermè par.
Vnde haud rectè dictum uidetur, uul-
gare & inefficax fore medicamentũ. Sed
nondum ratio absoluta horum innotue-
rat. Neq; tamen hoc dico, quod Cynæ ue-
tustatem aut quinquennium illud pro-
bem, sed ut ostendam quanta uis illi sit.

Verũ et si alibi de Sarza Parilia abũ-
de actum sit. breuiter tamen hic modum
exhibēdi (quod media fermè sit inter cy-
nam, & lignum sanctum uiribus ac tem-
peramento) subiicere decreui. Est autem
quasi

quasi dumigenus tãetli in ea spinas non uiderim. In libras xij. aquæ fruticis huius leuiter tusi uncia quinque per duodecim horas infunduntur ea ferme conditione quæ in Cyna dicta est. coquitur ad consumptionem duarum e tribus partium. Quinae aut sena uncia, ea ratione quæ in Cyna explicata est, bis in die assumuntur. ipsi trunci exēpti rursus in xij. libris aquæ infunduntur adduntur anisi & liquiritia vñt. F. Inde absque mora coquantur donec quinta pars solum absumatur. atque hic pro potu est. Cibus mane panis, & pulli caro aut auicularū uesperis amygdalæ absque panæ passæque uux. a syrupis assumptis sudor qui facile fluit prouocandus est. Multo lenior est hæc atque comodiore Cyna, ac ligno sancto frigidis ac calidis temporibus usui est. & minus afficit corpora adeo uero familiaris illius est usus, ut nec fœmine uerum pueri eam refugiant. Prodest omnibus ferme longis morbis: & in lentis etiam febribus utiliter ac tuto exhiberi potest. Quandoque coquendo syrupum tantum medietatem consumi præcipio. Optimus autem modus, &

à me

à me inuentus est, ut libræ octo aquæ & quatuor uini flauî admodum potētis sumantur, aliquando paribus ponderibus maximè in syrups. addo etiam cinamomi uulgaris nonnunquam semunciam. Quin etiã ligni sancti mistionem admittit, & foeliciter omnia hæc moderari docet pro ratione morbi causæq; & symptomatum, regione, anni tempore, natura patientis, ætate usu atq; consuetudine ut iuuat, ut fert, ut dormit appetitq;.

De Cyna radice, Finis.

B A S I L E A E,
EX OFFICINA HENRICPE,
TRINA, MENSE MAR/
TIO, AN. M. D. LXVI.

1787
The first of the year
was a very dry one
and the crops were
very poor. The
winter was also
very cold and
the snow lay on
the ground for
many weeks.

1788
The second of the year
was a very wet one
and the crops were
very good. The
winter was also
very mild and
the snow lay on
the ground for
very little time.

